


# EPISTULA LEONINA

## CCLXXIX

HEBDOMADALE  
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
QUOD ĒDITUR  
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
CUI NOMEN EST  
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR: <https://ephemerisnuntii.eu/leonina.php/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

**DUCENTESIMAM UNDECTOGESIMAM (279)**

## ARGUMENTA

<b>PRAEFATIUNCULA.....</b>	<b>03-05</b>
<b>VOX POPULI VOX DEI.....</b>	<b>06</b>
<b>QUINQUE HAICUA MAURI PISINI.....</b>	<b>07</b>
<b>CONSILIUM PRAESIDIALE ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE s.19. m.Maii a.2023.....</b>	<b>08-11</b>
<b>CERTAMEN QUIRINALE.....</b>	<b>12-14</b>
<b>EPISTULA CHRISTIANI LAES.....</b>	<b>12-13</b>
<b>PRAECONIUM.....</b>	<b>14</b>
<b>ECCE MYSTAGOGUS PULCHER AUGUSTANUS.....</b>	<b>15</b>
<b>QUANTUM VALEANT BIDENIANI AD BELLUM UCRAINIENSE.....</b>	<b>16</b>
<b>AENIGMA RUSSICUM: Verum praxicopema an theatricum?</b>	<b>17-23</b>
<b>CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA.....</b>	<b>24-42</b>
<b>FABELLA GRIMMIANA: De duobus filiis régis.....</b>	<b>43-50</b>
<b>MYTHI GRAECORUM: Oedipus (I).....</b>	<b>51-53</b>
<b>PRAECEPTUM COQUENDI: SUAVILLUM CATONIS.....</b>	<b>54-56</b>
<b>MARTIN NIEMÖLLER: »CUM ABDUCERENT COMMUNISTAS...«</b>	<b>57-58</b>
<b>ERIKA STEINBACH: ESTNE ADHUC LIBERTAS OPINANDI?.....</b>	<b>59-62</b>
<b>PRAESES FOEDERALIS QUID IN DIEM SEDITIONIS POPULI D.17. m.lun. a.1953 DIXERIT.....</b>	<b>63</b>
<b>KAI-UWE ZIEGLER: »VOS LIBERTATEM IMPUGNAVISTIS«.....</b>	<b>64</b>
<b>PRO FORMA NON HABEMUS DICTATURAM - SED IN RE ? NONNULLA ARGUMENTA ANTI-PRAESIDIALIA (Naevius Sartorius)</b>	<b>65</b>
<b>OLAUM OBLIVIOSUM CLAMORIBUS OBRUTUM ESSE.....</b>	<b>66-67</b>
<b>NUM IOSEPHULUS SOMNICULOSUS EST MONARCHISTA?.....</b>	<b>68</b>
<b>VAE BOBUS, VAE NOBIS!!! DELIRANT CLIMATODULI !!! VESANA BUPHONIA HIBERNICA: INSANIA SUPERSTITIONIS CLIMATICAE SAEVIRE NON DESINIT!!! 200.000 BOUM IMMOLABUNTUR IN ARA SECTAE APOCALYPTICAE.....</b>	<b>69-74</b>
<b>EMENDANDA ET SUPPLENDA (Crane – Rössler).....</b>	<b>75-76</b>
<b>ECHUS VOCES EPISTULAE.....</b> <i>Caillol (77) – Albinus Dutoya (77-78) – Urbanus Ferrarius (78) – Aldairus Angolensis (78-79) – Radulfus Lavalle (79-81) – Maximilianus Pulcher (81-83) – Maurus Pisini (84-85) – Naevius Sartorius (86-96)</i>	<b>77-96</b>
<b>ECCE LIBRI LEONIS LATINAE.....</b>	<b>97-100</b>

## PRAEFATIUNCULA

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS  
SAL.PL.DIC.

*Cara Lectrix, Care Lector,*

*quomodo te habes? Rectène vales? Utinam fruaris gaudiis tempestatis aestivae! Equidem usque nunc non queror neque lamentor de fervore deque siccitate mortiferâ, sed gaudeo de calore iucundissimo. Si aëre nimis aestuoso nubes franguntur et urceatim pluit et Iuppiter tonat et fulgurat, sub tecto tutus fruor etiam talium spectaculorum naturae aspectu et auditu. Concedo quidem nuper tectum nostrum grandinibus enormibus haud leviter afflictum esse. Tamen haec miracula atmosphaerica expertus nequaquam inductus sum, ut assentirer monitis *Gretulae* et *Luisae* et *agglutinatorum* apocalypticis. Aetate enim tam provector sum, ut recorder his septem ferê decenniis iterum iterumque in orbe terrarum quasdam calamitates factas esse graviores, sed semper post imbres secutum esse splendorem solis necnon planetam nostrum adhuc aliquatenus salvum esse et genus humanum nondum extinctum. Non nego hanc condicionem mutari posse, et pro certo habeo calamitatem globalem posse ab hominibus effici, sed minimê carboni dioxidi emissionem; quid est, cur*

ineptuli agglutinatores climatomanici, id est *proles Prasinorum pravissima*, caeciores sint quam ut videant multo minus nobis imminere *catastropha* climaticam quam *nuclearem*? Qui apocalypsin carbonicam hariolantes furore decarbonizandi hysterico obsessi Germaniam volunt ad egestatem praeindustrialem reducere naturam destruentes timore calamitatis ficticiae inducti, sed simul *oribus spumosis* postulant arma quam plurima et maximè *mortifera in Ucrainam mittenda*, ut ibi libertas nostra defendatur (quod credat Iudaeus Apella - non ego!) et tandem puniatur *Putinus*, quem putant esse malorum omnium pessimum, tamquam inepti parvuli in harenâ ludentes *nullo modo verum periculum respicientes*, minimè agentes secundum proverbium illud Latinum q.e. *Quidquid agis, prudenter agas et respice finem!*


Denuo Leo tibi praebet Cornu Copiae et Saturam Lancem: Lectionem utinam ne asperneris: magna est varietas, quia delectat, habemus etiam aliquid aptum ad gustum tuum delicatissimum. Leo incipit ab annuntiatione *CERTAMINIS QUIRINALIS*. Utinam quam plurimi iuvenes ingeniosissimi et Latinissimi nomen dent participando! - Ceterum non possum quin praetermittam *MONSTRATIONES AUGUSTANAS*, quas hac aestate habet summâ peritiâ, Latinitate

*disertissimâ Mystagogus Maximilianus Pulcher. Ne umquam praetermittas, o Musae Leoninae amatrix amatorve, **CHRONOGRAMMATA** Tobiae Rössler artificiosissima!*

*Ceterum intimo ex animo tibi suadeo, ut perlegas etiam **EPISTULAS ET ECHÛS VOCES** mihi a lectoribus benignè oblatas, qui cogitationes commotionesque suas animorum exprimant Latinitate iucundissimâ... Nunc helleuare symbolis huius Epistulae Leoninae. Si eos textûs quos Leo aut edidit aut ipse scripsit aut togâ ornavit haud aspernatus eris – »**sublimi feriam sidera vertice**«. – Cara Lectrix, care Lector, --- pancraticè valeas et pergas mihi favere. Medullitus te salutat...*

**Dr. Nicolaus Groß**

**Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.de/>


**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae**

**Die Veneris, 30. m.lun. a.MMXXIII**



## VOX POPULI VOX DEI



**HESIODUS** priscus poeta Graecorum in carmine suo didactico, c.t. Ἔργα και ἡμέραι (Opera et Dies 763sq.) dicit vim sententiae publicae esse aliquid divinum:

Φήμη δ' οὐ τις πάμπαν ἀπόλλυται ἦντινα πολλοὶ

Λάοι φημίζουσι.· Θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

**SENECA MAIOR**, *Rhetorum controversiae* I,1,10: dicit haec: ... *crede mihi, sacra populi lingua est*

**ALCUINUS** (735-804 p.Chr.n.), Alcuini epistulae 132, Alcuinus Carolo Regi ad interrogationes quasdam respondet, VIII: *Populus iuxta quasdam sanctiones divinas ducendus est, non sequendus est: et ad testimonia persone magis eliguntur honeste. Nec audiendi qui solent dicere: 'Vox populi, vox Dei', cum tumultuositas vulgi semper insanie proxima sit,*

# QUINQUE HAICUA MAURI PISINI

## *Nos urit aestas*

Bilem saginat  
aestus nervis additus  
et auget iram.

## *Electio*

Lucis turbines  
populos insequuntur,  
non amnis cursum.

## *Vitium*

Amorum, saepe,  
subdolae pravitates,  
placent, laudantur.

## *Habilitas et inhabilitas*

Gallus noscitat  
horas semper easdem,  
non autem dies.

## *Stultitia*

Nemo vult caelum  
suis dare oculis,  
nemo vult esse.

**Pepigit Maurus Pisini**



# CONSILIUM PRAESIDIALE ACADEMIAE LATINITATI FOVENDAE

Romae, d.19. m.Maii a.2023

## PERSCRIPTIO n. 90

Veneris die 19 mensis Maii anni 2023, hora 10,00, Romae, in Academia Belgica, habitum est Consilium Praesidiale Academiae Latinitati Fovendae.

Adsunt corpore: Praeses C. Laes, Alter a Praeside Iosephus Marcellinus, Consilarii M. Cristini e I. C. Rossi, Secretarius N. De Mico.

Ordo rerum agendarum hic est:

1. Relatio praesidis et nuntii tam de inceptis quibusdam recentioribus quam de rebus hac in sessione agendis, dein in Coetu Generali tractandis.
2. Quas orationes aditiales audituri simus (Armella scilicet atque Haskell – ea sodalis Australiana per epistulam nobis alloquetur).
3. De novis sodalibus proponendis (praesertim quaeruntur novi ordinarii, oportet etiam numerus quodam modo observari)
4. De rationibus nummariis referet sodalis Nicolaus de Mico.
5. De stipe solvenda pro anno 2023.
6. De persona iuridica: quis sit status rei referet sodalis Nicolaus de Mico.
7. De progressu lexicis Latini quod apparat Nicolaus Gross brevissimus nuntius.
8. De sede quae nobis est in rete mundano atque de aliis instrumentis, sicuti Twitter.
9. Novissima de conventiculo postero die incohando.
10. De Coetu Generali anni 2024, quo die sit habendus, deque argumento conventiculi anno 2024.
11. Alia, si qua sunt.

**Ad punctum 1:** Praeses refert in actis conventus anni praeteriti apparandis sodalem Franciscam Deraedt diligentissimam fuisse: eius cura optime polita sunt duo volumina fere septingentarum paginarum, quae anno proximo in lucem edentur. Cogitandum est nunc de his voluminibus distribuendis: hortandi erunt sodales ut bibliothecas suarum Facultatum vel Academiarum suadeant ut ea emant.

Alter a Praeside Iosephus Marcellino de inscriptione Twitteriana eiusque usu loquitur: ea ad homines alliciendos utilis est, ut situm ALF interretialem adeant et de Academiae inceptis certiores fiant; nam per hanc inscriptionem accipi possunt nuntii, qui ad Academiae incepta pertineant.

Consiliarius Cristini commendat ut novi libri Latini recenseantur in sede retiali: huius causa foedus iungi poterit cum *Melissa* necnon cum *Voce Latina*. Iohanni Carolo Rossi convenit cum eo. Iosephus Marcellino hoc in Coetu Generali explanabit, Christianus autem Laes cum Francisca Deraedt et Sigride Albert de hoc proposito colloquetur.

Novum certamen instituendum Consiliarius Marcus Cristini proponit, ut optimae symbolae Latine conscriptae quotannis praemio quodam honestentur: dum symbolae, bene Latine scriptae ab anno 2017 usque ad praesentem, aliquid novi in suis disciplinis contineant. Huius certaminis praeconium in *Voce Latina* et *Melissa* ponendum erit.



**Ad punctum 2:** Novus sodalis Ignatius Armella se Coetui Generali adfuturum orationemque aditalem habiturum esse nuntiavit. Nova autem sodalis Iasmina Haskell orationem suam misit, quam ipse Praeses leget in Sessione Generali.

**Ad punctum 3:** novi sodales cooptandi Coetui Generali proponentur Hermannus Malaspina, Antonius Stramaglia, Miranus Sajovic et Armandus D'Angour.

**Ad punctum 4:** suis negotiis impedita, arcaria Francisca Deraedt abest. Tamen de rationibus nummariis Secretarius refert: anno 2022 Accademia accepit a Ministerio Bonis Culturalibus Provehendis 25116,00 euronos; a sodalium stipibus 1315,00. Sunt nunc in arca: 57.582,83 euronos.

**Ad punctum 5:** Consilio Praesidiali stipem annuam 50 euronum servare placet.

**Ad punctum 6:** nihil novi est nuntiandum de persona iuridica: Secretarius Nicolaus De Mico petitionem Praefecturae tradidit. Nunc responsum exspectandum est.

**Ad punctum 7:** Nicolaus Groos multum laboravit in lexico Latino apparando. Eius ingens opus quam primum edendum Academia curabit.

**Ad punctum 8 et 9:** de his in Coetu Generali tractabitur.

**Ad punctum 10:** Consilio Praesidiali placet Coetum Generalem anni 2024 habitum iri die 30 mensis Maii. Die 1 mensis Iunii Conventiculum habebitur, cuius argumentum erit: « Roma-Amor: de poetis Latinis recentissimis (post Pascolium).

Omnibus rebus agendis iam tractatis, ad finem pervenitur hora 12,30.

Coetus Generalis sodalium ALF habetur hora 14,00 in Academia Belgica.

Adsunt corpore: Praeses C. Laes, Alter a Praeside I. Marcellino, M. Cristini, I. C. Rossi, Secretarius N. De Mico, Sodales I. Armella, D. Blanchard, A. M. Chevallier, R. Regtuit, D. Sacré, K. Smolak, R. Spataro.

Tempestive convocati instrumento cursuali electronico, sed variis de causis impediti, usi sunt delegatione: S. Albert, quae delegavit Laes; G. Freyburger, qui delegavit Chevallier; M. Minkova, quae delegavit Sacré; T. Pekkanen, qui delegavit De Mico; V. Stroh, qui delegavit Sacré; T. Tunberg, qui delegavit Sacré. Ut in art. X Statuti, unicuique sodali delegato corpore praesenti delegationes attribuuntur: duae pro Sacré; una pro Chevallier; una pro De Mico; una pro Laes.

ORDO RERUM AGENDARUM est:

1. Relatio praesidis et nuntii tam de inceptis quibusdam recentioribus quam de rebus hac in sessione agendis tractandis.
2. Orationes aditiales.
3. De novis sodalibus proponendis (praesertim quaeruntur novi ordinarii, oportet etiam numerus quodam modo observari)
4. De rationibus nummariis referet sodalis Nicolaus de Mico.
5. De stipe solvenda pro anno 2023.
6. De persona iuridica: quis sit status rei referet sodalis Nicolaus de Mico.
7. De progressu lexicis Latini quod apparat Nicolaus Gross brevissimus nuntius.
8. De sede quae nobis est in rete mundano atque de aliis instrumentis, sicuti Twitter.
9. Novissima de conventiculo postero die incohando.
10. De Coetu Generali anni 2024, quo die sit habendus, deque argumento conventiculi anno 2024.
11. Alia, si qua sunt.

**Ad punctum 1:** Praeses valde laudat Franciscam Deraedt, quae tanta cura Actis Conventus ALF anni 2022 apparandis laboraverit et insudaverit: duo volumina septingentarum fere paginarum anno proximo Academiae impensis edentur.

Alter a Praeside I. Marcellino illustrat quo modo Academia iam ab anno praterito inscriptione Twitteriana usa sit, ut homines quam plurimos certiores faceret de suis inceptis. Fama est enim

Academiae semper augenda, ut Latinitas magis magisque promoveatur. Quaerit autem a Sodalibus ut nova consilia ad hoc proponere velint. Placet omnibus Sodalibus ut Academia variis rationibus se Latinitatemque fovere conetur. Hoc proposito etiam de sede interretiali tractatur, quae librorum aestimationibus vel recensionibus ditanda est: in primis Sigrides Albert et Francisca Deraedt invitabuntur, ut aestimationes quae sunt in *Voce Latina* et in *Melissa*, quodam spatio temporis elapso, in sede ALF interretiali communicare velint. Omnes autem Sodales invitantur ut librorum aestimationes vel recensiones conscribere et quamlibet Academiae sedi interretiali operam conferre velint.

Praeses nuntiat anno praeterito Academiae auspiciis librum pulcherrimum, ad Sodalem Vibecam Roggen pertinentem, editum esse.

Consiliarius M. Cristini novum inceptum probandum proponit, cui nomen Certamen Quirinale, symbolis Latine conscriptis reservatum : optima symbola inter a. 2018 et a. 2023 Latine publici iuris in commentariis periodicis facta praemio honestabitur. Ab universis scriptorum auctoribus rogabitur, ut symbolam (iam typis traditam) non ex alio sermone versam nec quinque paginis breviorum iudicibus ante Kalendas Februarias a. 2024 mittant ad inscriptionem cursualem electronicam, quae est [certamen.quirinale@gmail.com](mailto:certamen.quirinale@gmail.com). Symbolae tantum accipientur, quae e plagula .pdf constant. Unam symbolam existimandam omnis candidatus tradere poterit. Collegium sodalium Academiae attente considerabit ac iudicabit commentationes doctas (e.g. philologas, litterarias, philosophicas, theologicas, archaeologicas, historicas, glottologicas vel musicologicas), aestimata et stili Latinitate et argumenti gravitate. Symbola enim enixe exquiruntur non solum Latino sermone emendato scripta, sed etiam de rebus quae maioris sint momenti ad progressum disciplinae cuiusvis provehendum. Qua de causa scriptio tantum in commentariis periodicis editis in certamen venire licebit et textus omnes reiciuntur sive qui his normis non responderint, sive qui ad argumenta privata vel pensa scholastica pertinere videbuntur sive qui ante Kalendas Ianuarias a. 2024 nondum publici iuris facti sint. Cum praemium proponatur curante et auspice Academia Latinitati Fovendae, cuius socii munere iudicis fungentur, nullus sodalis Academiae praemium accipere poterit. Praemium victoris erunt Euronummi 500 una cum diplomate. Omnes candidati de exitu certaminis fient certiores mense Maio anni 2024 et victor in conventu ALF eiusdem anni praemio honestabitur. Omnibus Sodalibus placet novum certamen instituendum.

**Ad punctum 2 :** Ignatius Armella orationem suam aditalem habet, quae in sede ALF interretiali edetur. Nova Sodalis Iasmina Haskell, suis negotiis impedita ne Coetui Generali intersit, per epistulam Sodalibus alloquitur: Praeses eius orationem aditalem legit.

Praeses novo Sodali Ignatio Armella diploma tradit, omnibus plaudentibus.

Praeses deinde hortatur omnes, quibus adhuc diploma traditum non sit, ut scribant de hac re ad Secretarium Nicolaum De Mico, qui id tradendum curet.

**Ad punctum 3 :** Consilium Praesidiale novos Sodales cooptandos proponit Herimannum Malaspina, Antonium Stramaglia, Armandum D'Angour et Miranum Sajovic, qui unanimiter a Sodalibus probantur. Sed Sodalis R. Spataro monet Miranum Sajovic interrogandum esse, num sodalis fieri velit, cum debeat ille, sicut ipse Robertus Spataro, Roma Universitateque Salesiana abire.

Iosephus Marcellino suadet autem ut feminarum quoque asciscendarum nomina proponantur. Itaque Daniel Blanchard proponit Severinam Tarantino, quae ab omnibus probatur.

Robertus Spataro proponit Aloisium di Lima, sed in hac re adhuc placet exspectare.

**Ad punctum 4 :** suis negotiis impedita, arcaria F. Deraedt abest. A Secretario Nicolao De Mico pecuniarum rationes acceptarum et datarum, ab ea paratae et iam a Collegio rationibus inspiciendis probatae, exhibentur approbandae. Unanimiter probantur rationes praesumptivae anni 2023 et

consumptivae anni 2022. Academiae, quae anno 2022 accepit a Ministerio Bonis Culturalibus Provehendis 25116,00 euronos, in arca sunt 57.582,83 euronos.

**Ad punctum 5 :** omnibus placet pro anno 2023 non mutare stipem solvendam 50 euronum. Anno 2022 Academia a Sodalibus accepit 1315,00 euronos.

**Ad punctum 6 :** Praeses et Secretarius petitionem ad personam iuridicam obtinendam paraverunt ; eam Secretarius iam ante aliquot menses Praefecturae tradidit. Nunc responsum est exspectandum.

**Ad punctum 7 :** Lexico Latino apparando multum laboravit Sodalibus Nicolaus Gross, qui se iam prope ad finem operis pervenisse nuntiavit. Ad rem divulgandam oportebit censores variarum linguarum habeantur, qui eum adjuvare possint.

**Ad punctum 8 :** de hoc iam disputatum est (vide punctum 1).

**Ad punctum 9:** omnes Sodales certiores fiunt de omnibus, quae pertineant ad conventiculum crastino die habendum in Monasterio Sanctae Caeciliae et in Academia Vivarium Novum, necnon de lustratione Ecclesiae Sanctorum Quattuor Coronatorum, quam ducet Sodalibus Curtius Smolak.

**Ad punctum 10:** statuitur Coetum Generalem anno 2024 habitum iri die 30 mensis Maii. Conventiculum annuum fiet die 1 mensis Iunii in Monasterio Sanctae Caeciliae: argumentum erit «Roma-Amor: de poetis Latinis recentissimis (post Pascolium)».

**Ad punctum 11:** Praeses certiores facit Sodales de statu rei quam proposuit Sodalibus Tuomo Pekkanen, qui concentum instituere de Ucrainae gloria voluit : iam Academia consensit pecuniae erogandae, sed interim Sodalibus T. Pekkanen alium Maecenatem invenit. Ergo nihil erit solvendum pro hymno Ucrainico, neque Academiae nomen inerit.

Praeses omnes hortatur ut, si alia proposita sint, dicantur vel postea scribantur, ut Academia ea adjuvare possit.

His rebus peractis, pervenitur ad finem coetus hora 18,00.

Secretarius  
Nicolaus De Mico

Praeses  
Christianus Laes

## **EPISTULA CHRISTIANI LAES: DE CERTAMINE QUIRINALI**



**PROF. DR. CHRISTIANUS LAES**  
ANTVERPIENSIS ET MAMUCIENSIS

**Christianus Laes praeses omnibus sodalibus ALF salutem plurimam.**

Conventiculo ALF feliciter peracto, licet mihi vobis annuntiare rem alicuius momenti, de qua inter consiliarios sumus collocuti.

Nemo enim nostrum ignorat certamina Latina, quae nunc exstant, ad carmina vel fabulas narrationesve fictas plerumque spectare eodemque tempore negligere symbolas et commentationes doctas, quas olim studiosi saepe Latino sermone pangebant. Omnibus patet quaquaversus quantopere homines docti ac praesertim philologi, exoleta consuetudine scribendi Latine, munere suo te se abdicarint.

Nobis est persuasum Latinam linguam commercia inter doctos, praecipue inter eos, qui disciplinis philologis, historicis archaeologicisve student, hodierno quoque tempore fovere posse. Commentarios academicos exarare sermone naturali et communi scrutatoribus rerum classicarum inceptum est laude dignum, cum nationibus cunctis ostendat pro imperio linguae Anglicae alterum sermonem ‘universalem’ substitui posse.

Qua de causa cogitavimus de certamine ab Academia instituendo, ut optima symbola Latine scripta et in commentariis periodicis divulgata praemio honestetur. Certaminis praeconium documento subiuncto inest. Propositum primum huius certaminis erit suadere studiosis, praesertim

iuvenibus, ut investigationes doctas Latine publici iuris faciant. Ne plura scribam: sint Maecenates, non deerunt Marones...

Praesertim sodali nostro Marco Cristino gratias ago, qui hoc propositum summo studio atque ardore excogitavit, propagavit, defendit.

Valeatis pancratice atque Latinitatem fovere pergatis

**Prof. Dr. Christian Laes**

Departement Geschiedenis/ Department of History  
Universiteit Antwerpen/ University of Antwerp  
Stadscampus·S.SJ.303·Sint-Jacobsmarkt 13·  
B 2000 Antwerpen

# CERTAMEN QUIRINALE

**Academia Latinitati Fovendae ad primum Certamen Quirinale omnes antiquitatis litterarumque studiosos invitat, ut optima symbola inter a. 2018 et a. 2023 Latine publici iuris in commentariis periodicis facta praemio honestetur.**

**Ab universis scriptorum auctoribus rogatur, ut symbolam (iam typis traditam) non ex alio sermone versam nec quinque paginis breviorē iudicibus ante Kalendas Februarias a. 2024 mittant ad inscriptionem cursualem electronicam, quae est certamen.quirinale@gmail.com. Symbolae tantum accipientur, quae e plagula .pdf constant. Unam symbolam existimandam omnis candidatus tradat.**

**Collegium sodalium Academiae attente considerabit ac iudicabit commentationes doctas (e.g. philologas, litterarias, philosophicas, theologicas, archaeologicas, historicas, glottologicas vel musicologicas), aestimata et stili Latinitate et argumenti gravitate. Symbola enim enixe exquiritur non solum Latino sermone emendato scripta, sed etiam de rebus quae maioris sint momenti ad progressum disciplinae cuiusvis provehendum. Qua de causa scriptionibus tantum in commentariis periodicis editis in certamen venire licet et textus omnes reicientur sive qui his normis non responderint, sive qui ad argumenta privata vel pensa scholastica pertinere videbuntur sive qui ante Kalendas Ianuarias a. 2024 nondum publici iuris facti sint. Cum praemium proponatur curante et auspice Academia Latinitati Fovendae, cuius socii munere iudicis fungentur, nullus sodalis Academiae praemium accipere poterit.**

**Praemium victoris erunt Euronummi 500 una cum diplomate. Omnes candidati de exitu certaminis fient certiores mense Maio anni 2024 et victor in conventu ALF eiusdem anni praemio honestabitur.**

*Commentarii periodici, qui symbolas Latino sermone scriptas accipiunt, sunt e.g. Aevum, Arctos, Aristeas, Eos: commentarii Societatis Philologiae Polonorum, Epistula Leonina, Eranos, Exemplaria Classica, Giornale Italiano di Filologia, Gnomon, Hermes, Hyperboreus, Latinitas, Latomus, Melissa, Museum Helveticum, Peitho: examina antiqua, Philologia Classica, Renascens, Rheinisches Museum für Philologie, Rhetorica, Symbolae Philologorum Posnanensium, Tyche, Vox Latina.*

# **ECCE MYSTAGOGUS PULCHER AUGUSTANUS**



<https://maximilianus-schoen.jimdosite.com/>

*Quomodo communicandum*

**Communicemur per 0821 / 9069613  
sive per maximilianus-schoen@t-online.de**

**Anfragen unter 0821 / 9069613  
oder per Mail maximilianus-schoen@t-online.de**



# QUANTUM VALEANT BIDENIANI AD BELLUM UCRAINIENSE

**NATONIANI ARMIS AFFERENDIS BELLUM PROLONGANT, QUOD EST MISERORUM UCRAINIORUM MOLA CARNARIA. ABSURDA ET MENDACISSIMA EST NATONIANORUM PRAECONATIO PROPAGANDA: UCRAINIIS IAM PRIDEM RESTAT NE PAUXILLULUM SPEI VICTORIAE. CULPAM MAXIMAM HUIUS CAEDIS CRUENTISSIMAE CONTRAXERUNT BIDENIANI, I.E. GLOBALISTAE. QUORUM FINES SUNT: DEBILITATIO RUSSIAE ET EUROPAE, DICTATURAE GLOBALIS PERFECTIO. QUOD ATTINET AD RUSSIAM, PATET GLOBALISTIS REM PARUM PROSPERÊ SUCCEDERE. RUSSIA NATONEM SUPERAT ARMORUM COPIÂ ET SUBTILITATE. NEC PROSPERÊ SUCCEDET BELLUM DUPLICIS FRONTIS RUSSICO-SINICAE. AT EHEU - TIMENDUM EST, NE EUROPA, PRAESERTIM GERMANIA PRASINATA, IN FINE ERIT OMNIUM MISERRIMA TERRA MUNDI TERTII. *Scriptis Leo Latinus. Ecce fontes:***

<https://www.youtube.com/watch?v=6g4pNf4SV6o>

Col Macgregor: "The Russian Army is infinitely better today!"

<https://www.youtube.com/watch?v=OVMOjdOTcKk>

Douglas Macgregor: "The Russians are crushing everything before them"

<https://www.youtube.com/watch?v=b3yNhbssuY>

Col Douglas Macgregor: "The Russians are really not in danger"

[https://www.youtube.com/watch?v=sN\\_LP3jc2Hs](https://www.youtube.com/watch?v=sN_LP3jc2Hs)

Scott Ritter • U S is not prepared for this • EXCLUSIVE INTERVIEW

<https://www.youtube.com/watch?v=rwHYbxbpkKM>

Scott Ritter: Ukraine is Doomed

Ukrainian Troops 'Abandon' Battleground, Tanks To Avoid Fighting Russia | Reveal By Zelensky's Men

<https://www.youtube.com/watch?v=9TWz5iz4Fw0>

Ukraine's 'Counteroffensive Halted'; Putin Mocks Zelensky, Says 'Kyiv Cannot Beat Russia'

<https://www.youtube.com/watch?v=vOwsDE8GYgs>

Russian Attacks Frustrate Zelensky; Ukraine Pres. Lashes NATO | 'Counteroffensive Not A Movie'

<https://www.youtube.com/watch?v=UHldFVVDHwg>

Ukraine's Massive Losses Confirmed As Kyiv Digs Old Graves To Bury Dead Soldiers, Russia Blames West

<https://www.youtube.com/watch?v=uF4bInTDkzI>

'Hard Fight': Pentagon Reality Check For Kyiv; Why Ukraine's Counteroffensive Will Be Tough

[https://www.youtube.com/watch?v=1\\_zYRds0Siv](https://www.youtube.com/watch?v=1_zYRds0Siv)

Putin's War Has Emptied West's Arsenals, Admits NATO Chief; Says "Stocks Need To Be Replenished"

<https://www.youtube.com/watch?v=oelyWPAuRCY>

d.22. m.Iun. a.2023 h.12:46

**Joannes Carolus Rossi Nicolao s.**

Apud nos Maximus Fini, vir liberrimi ingenii, qui aperte Arctoamericanorum coloniae dicioni refragatur, suadet ut Ruhenorum numerum cum Ucrainorum conferamus, antequam de exitu belli aliquid temere coniciamus: horum esse 47 millena milia, illos triplo plures! Quum vero bellum non tam ex armorum copia, quam ex peditum numero, quorum erit territoria occupare, plerumque decernatur, nescire se unde quidam falsi prophetae victoriam penes Ucrainam fore certo praesagiant...

# AENIGMA RUSSICUM

**UTRUM D.24. M.IUN. A.2023 EUGENIUS PRAXICOPEMA  
VERUM CONFLAVIT AN THEATRICUM?**



Евгений Викторович Пригожин (\*1961) Владимир Владимирович Путин (\*1952)

**THESIS VULGARIS:** NON MULTUM AFUISSE, QUIN PUTINUS DIE SATURNI POTESTATE PRIVARETUR. EIUS AUCTORITATEM VALDÊ DEMINUTAM ESSE. EUGENIUM NUNC EI ESSE PERICULO PERMANENTI. PUTINUM STUDERE EUGENIO INTERFICIENDO.

**ANTITHESIS:** **SEDITION** DIEI SATURNI NON FUIT VERA, SED **THEATRICA**. EUGENIUS CUM MILITIBUS SUIS MERCENNARIIS IN **RUSSIÂ ALBÂ** NUNC VERSABITUR. **CHIOVA CAPUT UCRAINAE FERÊ 100 TANTUM CHILIOMETRIS A LIMITE RUSSIAE ALBAE EST REMOTA**. TOTA "SEDITION" SIVE TOTUM "PRAXICOPEMA" FUIT FABULA THEATRICA QUÂ ANIMI HOSTIUM AVERTERENTUR A CONSILIO VERO: PRAEPARATIO CLANDESTINA IMPETÛS IN URBEM CHIOVAE FACIENDI. **PUTINI AUCTORITAS SPECIE, SED NON REVERÂ EST DEBILITATA**. ISTE VULPIO VETULUS STULTOS DIURNARIOS ET

POLITICOS OCCIDENTALES DERUNCINAVIT ATQUE EXMUCCAVIT.

**QUID TIBI VIDETUR? SCRIBE MIHI! EXPECTO THESES TUAS MAGNÂ CUM SUSPENSIONE ANIMI.**

Multa **indicia** sunt, quibus suspicetur quidam histologista (*blogger*) Coreanus rerum russicarum et sinicarum bene peritus totum praxicopema esse simulatum, non verê factum.

1) Seditio putativa iam pridem praeparata erat: officium secretum Americanum noverat - putasne ipsum secretum officium Putini de eâdem non antea certius factum esse? Tamen Putinus nihil fecisse videtur, quo seditionem putativam impediret.

2) Eugenius urbem *Rostow ad Tanaidem* occupavit. Milites eius sine ullâ properatione in ordine exspectantium tabernae MacDonaldianae exspectabant, a multis incolis praetereuntibus laetê salutati sunt. Sed in omni praxicopemate vero primae horae, primus dies decisivus est. Velocitas quam maxima est condicio praestantissima.

3) Quare milites exercitûs Russi ei nullo modo restiterunt? Colloquium, quod Eugenius fecit cum duobus generalibus, mihi videtur valdê theatricum.

4) Eugenius in campo proelii *Bachmutensi* ante cameram computatri sui compluries more theatro accusaverat generales *Shoigu* et *Gerassimov*, quod sibi non mitterent pyrothecas ideoque efficerent mortem multorum Wagnerianorum. Si hoc verum fuisset, ipsae hae accusationes et querelae vehementer nocere potuissent copiis suis propriis - et qui dux militum sanâ mente praeditus egestatem et discordiam exercitûs sui proprii periculosissimam tali querelâ publicâ prodit hostibus? Nonne Putinus quam celerrimê curavisset, ut *Prigošinus* taceret? Tamen sivit eum habere invectivas suas in generales Russos sexies aut septies sine ullâ adnotatione publicâ.

5) Quare iter Wagnerianorum in urbem Moscuam factum nullo modo impeditum est ab exercitu Russico? Supervisio et impetûs aërii Russorum in Ucrainiâ subtilissimê operantur (audi relationes *Scottii Ritteri* et *Douglasii MacGregor*). *Harmata* nostra *leopardina* iam antequam adhibentur incredibili cum velocitate et facilitate destruuntur. Facile fuisset nonnullis *teleplanis* (\*teleplanum, -i n. *Drohne*, *UAV*) et ruchetis *harmata* et autoplaustra Wagnerianorum destruere. Tamen iidem nullo modo

impediti sunt nisi a tribus helicopteris, quae dicuntur iaculando deiecta esse (sed hic nuntius est incertus).

6) Mirum est, quam leviter et ineptè caput Russiae protectum sit contra invasionem Wagnerianorum putativam. Moscuae nonnulla autoplastra harenâ onerata vecta sunt ad introitûs urbis, nonnullae viae obstructae sunt autoplastris et autocarris purgamentariis. Quis credit cor et cerebrum Russiae tam negligenter protectum esse contra seditiosos periculosissimos?

7) Si Eugenius iter suum Moscuense sibi ipsi periculosissimum iam diu praeparaverat, nonne permirum est, immo aenigmaticum, quod sôlo telephonemate cum praeside Russiae Albae facto subito paratus fuit ad totum inceptum finiendum et recedendum et in Albam Russiam emigrandum? Num *Lukaschenko* ei pollicitus est montes aureos? Nonne Eugenius iam est miliardarius?

8) Mâne diei Saturni Putinus in allocutione televisoriâ declaraverat (nomen Eugenii non appellans) seditiosos esse inevitabiliter puniendos. Dixit prodicionem esse puniendam. At vespere sivit *Pescovium* locutorem sui cives certiores facere investigationes in Eugenium perduellionis causâ criminales iam incohatas esse finitas, ei permitti, ut in Russiam Albam emigraret. Quomodo animus Putini tam velociter tamque graviter mutatus est?

Haec hactenus breviter. Sunt etiam alia indicia, quibus mihi quidem verisimile esse videtur hoc praxicopema non fuisse verum, sed drama theatricum dolo bellico excogitatum.

**Quid tibi nunc videtur?**

**SCRIPSIT LEO LATINUS**

## LECTORES QUID SENTIANT DE AENIGMATE RUSSICO

d.26. m.Iun. a.2023 h.07:45

### **Naevius Sartorius Nicolao s.**

In Russa paene omne possibile est, quamobrem suspicari non volo. Ni fallor, Eugenius habet XXV mille milites mercennariois in totum. Adhuc nescio quot eorum cum eo in Russia Alba versentur et qualia arma eis sint. Apparet parvam partem exercitus Wagneriani vix impetum efficacem in Chiovam facere posse. Mihi videtur seditio theatraica nimis sumptuosa esse.

d.26. m.Iun. a.2023 h.09:55

### **Joannes Carolus Nicolao s.**

In Russia paene omne possibile est, quamobrem suspicari nolo. Ni fallor, Eugenius habet XXV milia militum mercennariorum in totum. Adhuc nescio quot eorum cum eo in Russia Alba versentur et qualia arma eis sint. Apparet parvam partem exercitus Wagneriani vix impetum efficacem in urbem Chiovam facere posse. Mihi videtur seditio theatraica nimis sumptuosa esse.

d.26. m.Iun. a.2023 h.09:55

### **Joannes Carolus Nicolao s.**

Recte, Nicolae mi, nuntios qui passim vulgantur, cujus cumque sunt partis, medaciis contaminari putas. Quomodo autem veritatem exploremus? Inter theses et antitheses exstatne synthesis quaedam, an haec illis ita opponuntur, quasi dogmata, de quibus disputare nefas, ut nullo pacto componi possint?

Eo enim apud nos venimus, ut nullam fidem diurnariis habeamus, qui magis potentioribus adulari quam consulere populo, magisque privatis commodis quam rei publicae inservire videntur. Expertus dico, ut Italus, qui spatio triginta annorum multos vidi a Silvio Perlusco pretio conductos, ut sibi faverent; multo plures aperte, ne dicam clamose, illius voluntati obsecundasse, nonnihil premii ab ipso expectantes; quam plurimos ultro ac sponte se ei dedisse, triumphantis ardelionis fortunis moribusque devinctos.

Hinc Italorum reipublicae clades... In tanta temporum iniquitate, quibus quinque sexve telehoraseos retia ac maxima diurnorum pars mendacii religione obstringebantur, qui potuimus vera a falsis discernere? Certe ratiocinando, certe nuntios conferendo, certe indicia exquirendo, certe diurnarios fide dignos, qui forte superfuerant, audiendo.

Sed nisi his subsidiis quavis de causa uti licebat, restabat ut in contrarium verteremus quaecumque a famulis Silvii accepissemus: Pluere illi clamabant? Pro certo solem splendere coniciebamus. Iudices quosdam esse factiosos ejulabant? Pro certo eosdem probos esse et aequanimos habebamus. Praeses Germanorum, ut macropygia atque

indigna quae futueretur, injuriosissime tractabatur? Non dubitabamus quin ea esset mulier omnibus virtutibus praedita...

In summa haec quasi automataria ratio, qua nuntios pervulgatos in contrarium vertebamus, nobis adjumento quandoque fuit, ut falsa a veris distingueremus. Tu simili modo in thesis antithesisque proponendis egisse videris. Arctoamericanorum subditi aliquid pro vero affirmant? Nos contrarium credimus.

Tamen, hoc velim te admonere, in rebus implexis -ac quidem nulla res implexior est quam bellum ejusque causae- haec nostra automataria et simplex ratio non ita apta videtur ad vera exquirenda.

Non enim omnia ad album nigrumque colorem solummodo referri queunt, immo plurima sunt inter colores discrimina.

Huc accedit ut res hominum Fato vel Casu misceantur, quibus nexus inter causas et effectus interdum solvuntur. Adde quod in hominum mentibus saepius stultitia quam ratio dominatur, neque res a quovis gestae ad causam certam solidamque revocari possunt.

Ne multus sim, ut soleo, sic dixerim: quid Eugenii et Vladimiri consiliis subsit, ex arctoamericanorum judiciis ratione contraria eruere non expedit. Oportet autem subtilius in rem inquiramus, auditis etiam optimis quibusque consultoribus, et quam plurima colligamus indicia, antequam iudicium qualecumque feramus.

Equidem fidem habeo et facio Lucio Caracciolo nostrati, qui commentarios *Limes* nuncupatos moderatur. Vir est enim aequanimus nullique addictus factioni.

Si multus fui, ignoscas velim.

Vale!

d.26. m.Iun. a.2023 h.10:30

**Nicolaus Joanni Carolo suo optimo s.**

Nequaquam multus fuisti, care amice, sed disertissimus! Gratias plurimas pro invectiva in diurnarios facta, quos suppressorum adiutores corruptissimos esse pro certo habeo. Haec raptim, mox certe plura, vale semper, **Nicolaus.**

d.24. m.Iun. a.2023 h.10:06

**Ansgarius Osloensis Nicolao s.**

Bonum mane Nicolae, hodie magna moliuntur, nisi actis diurniis prorsus decipimur. Legio wagneriana iam seditionem concitavit! currus cataphracti per strata autocinetica iam videntur! Putinus per televisionem cives ad arma vocat! Res iam ad domesticum tumultum spectat! Sed iam viderimus quorsum haec omnia evasura sint. Seditio enim wagneriana mirifice quadrat in propagandam Vasingtonensium, et iam

diurnarii bellum intestinum russicum annuntiant! iam magnam cladem et ignoniam Putini perpetuam declarant. Mihi subolet quandam machinationem moveri, praesertim ad Europaeos decipiendos, quo impensius in rem Ucrainam sumptus faciant. Nonne politici et asseclae eorum, diurnarii, cottidie mendaciis calidis nos flagtiose fallere conantur? **Cura ut valeas!**

d.24. m.Iun. a.2023 h.14:12

**Nicolaus Ansgario suo [sal.pl.](#)**

Mirum aenigma Wagnerianum necopinatum hodie nobis propositum est difficile solutu. Statim suspicatus sum Prigoschinum a Bidenianis esse corruptum - sed quomodo? Nonne eius fama in occidente ab diurnariis tam infernaliter obscurata est, ut fere nullo in loco occidentali vivere possit? Ceterum puto eum in Russia sat multum divitiarum accipere posse. Num ipse verum praxicopema facturus est? Num habet sat multas relationes ad praefectos generales (quos odisse proclamat)? Copiae eius non tantae sunt, ut Moscuam possint expugnare. Nonnulla in isto praxicopemate putativo potius videntur theatra esse quam vera. Quidam diurnarius Coreanus alternativus (qui bene peritus est rerum sinicarum et russicarum) rettulit Wagnerianos in urbe Rostov nullo modo pugnare. Urbem esse quietam. Milites Wagnerianos visos esse in ordine exspectantium ante cauponam MacDonalidianam. Ceterum non est verisimile impetum rucherarium factum esse in Wagnerianos a militibus Russis; talis impetus videtur simulatus esse. Facile fingi potest Russos praefectos communes et Wagnerianos inter se invidere, sed difficile confictu medio in bello Ucrainico Russos milites impetum fecisse in Wagnerianos, qui tam fortiter (et sane cruentissime) pugnant. Sed tota res est aenigmatica. Animis suspensis exspectemus, quid serus vesper sit vecturus. Cave ne confidas solitis stationibus nuntiorum occidentalibus. Quae mentiuntur vehementer. Novistine Scott Ritter et Douglas MacGregor? Semper etiam video cinematia ephemeridis, q.d. "Hindustan Times". Novistine?

Ceterum valde gaudeo te post pausam longiusculam denuo mihi nuntium misisse. Mox perficiam EL 279. Spero tibi eandem quoque placitum esse teque scripturum esse recensionem eiusdem. Ubi nunc versaris? Ambulasne per pinacothecas Hispanicas? Helluarisne picturis Goyanis atque Velasquezianis aspectandis?

Vale semper pancratice, mi care Ansgari, et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus.**

d.24. m.Iun. a.2023 h.14:12

**Ansgarius Nicolao SP.**

Gaudeo mox editum iri novam epistulam leoninam. Adhuc Osloae versor, die autem quarto mensis iulii, more transalticio, et diis faventibus, Valentiam urbem aurantiorum petiturus sum. Ut recte admones, sane hoc praxicopema ad fallendum instructum esse videtur. Maxima cautela in rebus obscuris explicandis opus est!

**Cura ut valeas!**



d.26. m.Iun. a.2023 h.11:53

**Nicolaus Ansgario suo s.**

Gratias plurimas tibi ago, mi care amice, quod tam prompte, tamen satis caute respondisti. Habeo nunc quaedam indicia, quibus apparet seditionem potius putativam quam veram fuisse. Quid de iisdem tibi videtur? Haec raptim, mox certe plura. **NIC.**

d.27. m.Iun. a.2023 h.07:51

**SPD Nicolao Ansgarius**

Si indicia quae affers certa sunt, sane non desunt argumenta quibus demonstretur collusio wagneriorum et putianorum. Sed ad quam rem spectat haec seditio theatra? Ad occidentales decipiendos? Ut Ucraini quam aequo maiore confidentia, et periculo suo, impetum faciant? Quamvis perexiguam notitiam habeamus rerum obscuriorum, quas potentes clam et secreto moliuntur, nonne citra arrogantiam licet affirmare tria esse quae animum homuncolorum moveant: scilicet potestatem, cupiditatem veneream, divitias. Quae quidem res nil aliud sunt nisi formae libidinis sadianae, id est desiderium ardentissimum dominandi atque opprimendi. Sed iam more monachorum confuse loquor, me excusatum habeas, quaeso, nihil enim praestat res mundanas ac perfusorias asperius increpare. Certe, si quando inclinationem temporis contemplamur, multa et ingentia mala animus nobis praesagit.


**Monasterialiter te salutat Ansgarius**

# CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA

## Gregory Peck

\* 5. April 1916 in La Jolla, Kalifornien

† 12. Juni 2003 in Los Angeles, Kalifornien



GREGORIVS PECK  
 ACTOR NOBILIS  
 QVATER LVSTRIS ANTE  
 PRIDIE IDVS IVNIAS  
 DECESSIT  
 AETATIS LXXXVII

MMXXIII

Am 12. Juni vor 20 Jahren starb  
 der berühmte Schauspieler GREGORY PECK  
 im Alter von 87 Jahren.

Gregory Peck war ein US-amerikanischer Schauspieler. Mit der Verkörperung von zumeist aufrechten, integren und sympathischen Figuren war er einer der bekanntesten Hollywoodstars seiner Zeit. Das *American Film Institute* wählte ihn 1999 auf Platz 12 der 25 größten männlichen Filmlegenden. Auf der 2003 entstandenen Liste der 50 bedeutendsten Figuren des US-amerikanischen Films nahm seine Rolle des *Atticus Finch* in *Wer die Nachtigall stört* den ersten Platz ein. Für die darstellerische Leistung in diesem Film erhielt Peck im Jahr 1963 den Oscar als bester Hauptdarsteller.

**Quelle: Wikipedia**

## Ernesto „Che“ Guevara

\* 14. Juni 1928 in Rosario, Argentinien  
 † 9. Oktober 1967 in La Higuera, Bolivien

Che Guevara war ein marxistischer Revolutionär, Guerillaführer und Autor. Er war von 1956 bis 1959 ein zentraler Anführer („Comandante“) der Rebellenarmee der Kubanischen Revolution und ist neben Fidel Castro deren wichtigste Symbolfigur.



ERNESTVS GVEVARA ALIAS CHE GVEVARA  
 DVX MILITARIS ATQVE REBELLIS PRAECLARVS  
 NONAGINTA QVINQVE ANNIS ANTE NATVS

MMXXIII

ERNESTO GUEVARA, bekannt geworden als CHE GUEVARA,  
 war ein militärischer Anführer und berühmter Revolutionär.  
 Vor 95 Jahren wurde er geboren.

Sein Tod im Namen einer revolutionären Bewegung machte ihn zu einem Märtyrer linker Unabhängigkeits- und Befreiungsbewegungen in der ganzen Welt. Che Guevara ist heute eine Ikone: Sein Bild findet sich millionenfach auf Kleidungsstücken und Gebrauchsgegenständen. Sich mit ihm zu schmücken ist nicht unbedingt ein politisches Bekenntnis, verspricht aber ideellen (und auch finanziellen) Gewinn. Reinhard Mohr sprach von „politisch auf ganzer Linie gescheitert, als Ikone unsterblich“ angesichts des seiner Ansicht nach quasireligiösen Umgangs mit Guevara. Die Verklärung Guevaras wird als Umdeuten eines kämpferischen Kommunisten in eine beliebige Ikone des Unangepasstseins kritisiert, andere sehen einen kompromisslosen Stalinisten unter der Maske des zeitlosen jugendlichen Helden kaschiert. Stephan Lahrem und Christopher Hitchens zufolge sei Guevara ein beliebtes idealisiertes Vorbild gewesen, weniger in den Entwicklungsländern als vielmehr für bürgerliche Städter in den „Wohlstandsgesellschaften“, gerade weil sein Kämpfen und Sterben für revolutionäre Ideale keineswegs einem normalen bürgerlichen Leben entsprach. Hitchens stellt Guevara eher in eine romantische als in eine orthodox linke Tradition, näher an Lord Byron als an Karl Marx. Um als romantische Ikone zu überdauern, müsse man nicht nur möglichst jung sterben, sondern „jung und hoffnungslos“. Guevara habe beide Kriterien erfüllt.

**Quelle: Wikipedia**

## Ernesto „Che“ Guevara

\* 14. Juni 1928 in Rosario, Argentinien  
 † 9. Oktober 1967 in La Higuera, Bolivien



ERNESTVS GVEVARA ALIAS CHE GVEVARA  
 AVCTOR POETA  
 MARXISTA AC BELLATOR SEDITIOSVS ARGENTINVS  
 NONAGINTA QVINQVE ANNIS ANTE NATVS

\* \* \*

ERNESTVS GVEVARA ALIAS CHE GVEVARA  
 MEDICVS AVCTOR POETA  
 PVGNATOR ILLVSTRIS ARGENTINVS  
 NONAGINTA QVINQVE ANNIS ANTE NATVS

MMXXIII

ERNESTO „CHE“ GUEVARA,  
 Autor, Dichter, Marxist und argentinischer Revolutionär,  
 wurde vor 90 Jahren geboren.

\* \* \*

ERNESTO „CHE“ GUEVARA,  
**Arzt, Autor, Dichter und ein berühmter argentinischer Kämpfer,**

## Johannes Tauler

\* um 1300 in Straßburg

† 16. Juni 1361 in Straßburg



IOANNES TAVLER  
CONTIONATOR THEODISCVS  
AC NOBILIS MYSTICVS

MMXXIII

JOHANNES TAULER  
war ein deutscher Prediger  
und berühmter Mystiker.

Johannes Tauler war ein deutscher Theologe, Mystiker und vor allem in Straßburg, Basel und Köln wirkender Prediger. Er war Dominikaner und zählte in seinem Orden zur neuplatonischen Strömung. Mit Meister Eckhart und Heinrich Seuse gehört er zu den bekanntesten Vertretern der spätmittelalterlichen deutschsprachigen Dominikaner-Spiritualität. Ebenso wie Meister Eckhart geht Tauler von der Überzeugung aus, dass Gott im „Grund“ der menschlichen Seele dauerhaft – wenn auch gewöhnlich auf verborgene Weise – anwesend ist und daher dort erreicht werden kann. Voraussetzung für die innere Gotteserfahrung ist nach Taulers Lehre ein unablässiges Bemühen um Selbsterkenntnis. Die Selbsterkenntnis ermöglicht es, die Hindernisse, die der Begegnung mit Gott entgegenstehen, abzubauen. Die „Einkehr“, mit der man sich von weltlichen Bestrebungen abwendet, seinem Inneren zuwendet und Gelassenheit erlangt, bedeutet aber keineswegs eine Vernachlässigung der im Alltagsleben zu erfüllenden Aufgaben. Vielmehr sollen tätiges und beschauliches Leben eine unauflösliche Einheit bilden. Die nachdrückliche Aufwertung der Alltagsarbeit, insbesondere der gewöhnlichen Erwerbstätigkeit, die als integraler Bestandteil der Spiritualität aufgefasst wird, ist für Tauler charakteristisch.

**Quelle: Wikipedia**

## Aufstand vom 17. Juni 1953

SEDI<sup>I</sup>O CIVIVM

ANTE B<sup>I</sup>S TRIGINTA Q<sup>V</sup>INQ<sup>V</sup>E ANNOS

A C<sup>O</sup>PIIS SO<sup>V</sup>IETICIS VI OPPRESSA EST

AT POP<sup>V</sup>LV<sup>S</sup> OBST<sup>I</sup>NAT<sup>V</sup>S SERIV<sup>S</sup> VICIT

MMXXIII

Der Bürgeraufstand [vom 17. Juni] wurde vor 70 Jahren von sowjetischen Truppen gewaltsam niedergeschlagen, aber das unbeugsame Volk hat später [1989] trotzdem gesiegt.

### Die Lösung

Nach dem Aufstand des 17. Juni  
 Ließ der Sekretär des Schriftstellerverbands  
 In der Stalinallee Flugblätter verteilen  
 Auf denen zu lesen war, daß das Volk  
 Das Vertrauen der Regierung verscherzt habe  
 Und es nur durch verdoppelte Arbeit  
 zurückerobern könne. Wäre es da  
 Nicht doch einfacher, die Regierung  
 Löste das Volk auf und  
 Wählte ein anderes?

*Bert Brecht*

Als „Aufstand vom 17. Juni 1953“ (auch Volksaufstand oder Arbeiteraufstand) wird der Volksaufstand bezeichnet, bei dem es in den Tagen um den 17. Juni 1953 in der DDR zu einer Welle von Streiks, Massendemonstrationen und politischen Protesten kam. In einem Flächenbrand wurden in der DDR politische, wirtschaftliche und gesellschaftliche Forderungen gestellt. Hierzu gehörten *Rücktritt der Regierung*, *Freie Wahlen* und *Freilassung aller politischen Gefangenen*. Die sowjetische Besatzungsmacht beendete den Volksaufstand gewaltsam durch Truppen der Sowjetarmee unter Beteiligung von Polizeikräften des DDR-Regimes.

Bei dem Volksaufstand vom 17. Juni 1953 wurden mindestens 55 Menschen von den DDR-Sicherheitsorganen oder sowjetischen Soldaten getötet oder von der DDR-Justiz zum Tode verurteilt. Das SED-Regime inhaftierte mehr als 15.000 Bürger und verurteilte Tausende von unschuldigen DDR-Bürgern zu teilweise mehrjährigen Haftstrafen.

Der Volksaufstand hatte fast alle Städte der DDR ergriffen. Insgesamt nahmen mehr als eine Million Menschen an den DDR-weiten Demonstrationen teil. In über 700 Städten der DDR kam es zu Streiks, Demonstrationen und zum Teil blutigen Auseinandersetzungen mit den DDR-Sicherheitskräften.

Die brutale Niederschlagung war „einer der größten Militäreinsätze in der europäischen Nachkriegsgeschichte“. Der massive Aufbau der DDR-Staatssicherheit erfolgte durch das SED-Regime als Reaktion auf den erfolgten Volksaufstand.

## Jürgen Habermas

\* 18. Juni 1929 in Düsseldorf

Jürgen Habermas ist ein deutscher Philosoph und Soziologe. Er zählt zur zweiten Generation der Frankfurter Schule und war zuletzt Professor für Philosophie an der Universität Frankfurt am Main. Habermas ist einer der weltweit meistrezipierten Philosophen und Soziologen der Gegenwart.



GEORGIVS HABERMAS  
 PRAECLARVS PHILOSOPHVS THEODISCVS  
 ATQVE SOCIOLOGVS  
 NONAGINTA QUATTVOR ANNIS ANTE NATVS  
 VIVAT VIR BONVS

MMXXIII

Der berühmte deutsche Philosoph und Soziologe  
 JÜRGEN HABERMAS feiert seinen 94. Geburtstag.

**Der ehrenwerte Mann lebe hoch!**



## Adam Smith

getauft am 5. Juni<sup>jul.</sup> / 16. Juni<sup>greg.</sup> 1723 in Kirkcaldy, Grafschaft Fife, Schottland  
gestorben am 17. Juli 1790 in Edinburgh



A D A M F E R R A R I V S  
P H I L O S O P H V S C E L E B E R S C O T I C V S  
A N T E T R E C E N T O S A N N O S N A T V S

M M X X I I I

Der gefeierte schottische (Moral-)Philosoph  
ADAM SMITH (lat. *ferrarius*, engl. *smith*, dt. *Schmied*)  
wurde vor 300 Jahren geboren.

Adam Smith war ein schottischer Moralphilosoph und Aufklärer. Er gilt als Begründer der klassischen Nationalökonomie.

1776 erschien die erste Ausgabe seines berühmten ökonomischen Hauptwerks *Der Wohlstand der Nationen – Eine Untersuchung seiner Natur und seiner Ursachen* (Originaltitel: *An Inquiry into the Nature and Causes of the Wealth of Nations*), an dem er seit seiner Frankreichreise gearbeitet hatte. Das Erscheinen dieses Buches wird als Geburtsstunde der englischen Nationalökonomie angesehen.

Smith beschäftigte sich mit der Rolle der Arbeit und der Arbeitsteilung, der Rolle des freien Marktes, der Bestimmung des Werts, des Mehrwerts, des Profits, des Lohns, des Inhalts der produktiven Arbeit und unproduktiven Arbeit, mit Fragen der Verteilung, des Außenhandels und der Rolle des Staates.

**aus Wikipedia**

## Blaise Pascal

\* 19. Juni 1623 in Clermont-Ferrand

† 19. August 1662 in Paris

Blaise Pascal war ein französischer Mathematiker, Physiker, Literat und christlicher Philosoph.



ANTE QVINQVI ES OCTOGINTA ANNOS  
 XIII KAL. IULIAS CLAROMONTII NATVS  
 BLASIVS PASCALIS  
 PHYSICVS  
 PRAECLARVS PHILOSOPHVS CHRISTIANVS

\* \* \*

ANTE QVADRINGENTOS ANNOS  
 XIII KAL. QVINTILES AVGVSTONEMETI NATVS  
 BLASIVS PASCALIS  
 PHYSICVS  
 PHILOSOPHVS SAGAX

MMXXIII

Der Physiker und berühmte christliche Philosoph BLAISE PASCAL  
 wurde am 19. Juni vor 400 Jahren in Clermont-Ferrand geboren.

\* \* \*

Der Physiker und scharfsinnige Philosoph BLAISE PASCAL  
**wurde am 19. Juni vor 400 Jahren in Clermont-Ferrand geboren.**

## Blaise Pascal

\* 19. Juni 1623 in Clermont-Ferrand  
 † 19. August 1662 in Paris



BLAISE PASCAL

VVAR EIN GROSSER NATVRVVISSENSCHAFTLER,  
 VND CHRISTLICHER PHILOSOPH.

SEINE BEKANNTE VVETTE  
 SOLLTE VINGLAEVBIGE DAVON VEBERZEVGEN,  
 VVIE VORTEILHAFT, VVIE VERNVENFTIGES IST,  
 AN GOTT ZVGLAVBEN.

MMXXIII

## Clara Zetkin

\* 5. Juli 1857 in Wiederau

† 20. Juni 1933 in Archangelskoje bei Moskau



CLARA ZETKIN  
 MARXISTRIA  
 SODALIS GREGIS SPARTACI  
 ANTE NONAGINTA ANNOS  
 XII KAL. IVLIAS  
 E VITA EGRESSA  
 AETATIS SVAE LXXV

MX XIII

CLARA ZETKIN war Marxistin und Mitglied des „Spartacusbundes“  
 Am 20. Juni vor 90 Jahren starb sie im Alter von 75 Jahren.

Clara Zetkin war eine sozialistisch-kommunistische deutsche Politikerin, Friedensaktivistin und Frauenrechtlerin. Sie war bis 1917 aktiv in der SPD und in dieser Partei eine markante Vertreterin der revolutionär-marxistischen Fraktion. 1917 schloss sie sich der SPD-Abspaltung USPD an. Dort gehörte sie zum linken Flügel bzw. zur Spartakusgruppe, die während der Novemberrevolution 1918 in Spartakusbund umbenannt wurde. Dieser wiederum ging zusammen mit anderen linksrevolutionären Gruppierungen in der zum Jahreswechsel 1918/1919 neu gegründeten Kommunistischen Partei Deutschlands (KPD) auf. Als einflussreiches Mitglied der KPD war Zetkin von 1920 bis 1933 Reichstagsabgeordnete und 1932 Alterspräsidentin des Parlaments.

**Quelle: Wikipedia**

## Jean Chacornac

\* 21. Juni 1823 in Lyon  
 † 23. September 1873 in Lyon



ANTE QVATER QVINQVAGINTA ANNOS NATVS  
 IOANNES CHACORNAC ASTRONOMVS PRAECIPVVS

ANTE TERQVINQVAGINTA ANNOS  
 LVGDVNI E VITA EGRESSVS

MMXXIII

Der vorzügliche Astronom JEAN CHACORNAC  
 wurde vor 200 Jahren geboren und starb vor 150 Jahren in Lyon.

Jean Chacornac war ein französischer Astronom. Er erstellte mehrere hochwertige Sternkarten, darunter den *Atlas ecliptique*, und entdeckte sechs Asteroiden sowie das NGC-Objekt mit der Nummer 1988 im Sternbild *Stier*.

Zu Ehren von Chacornac wurden der Asteroid (1622) *Chacornac* und der Mondkrater *Chacornac* nach ihm benannt.

**Quelle: Wikipedia**

## Erich Maria Remarque

eigentlich Erich Paul Remark

\* 22. Juni 1898 in Osnabrück

† 25. September 1970 in Locarno, Schweiz

Erich Maria Remarque war ein deutscher Schriftsteller, der mit dem 1928 erstmals erschienenen Antikriegsroman *Im Westen nichts Neues* weltberühmt wurde.

Remarque wurde für sein Werk *Im Westen nichts Neues* für zwei Nobelpreise des Jahres 1931 nominiert: von dem schwedischen Schriftsteller Tor Hedberg (1862-1931) für den Literaturnobelpreis und von dem Polen Zygmunt Cybichowski (1879-1944) für den Friedensnobelpreis. Der Deutsche Offizier Bund (DOB) protestierte gegen diese Nominierung mit der Begründung, dass der Roman die deutsche Armee und deren Soldaten verunglimpfe.

N I H I L   N O V I   S V B   S O L E

N I H I L   N O V I   I N   O C C I D E N T E

Q V I N Q V I E S   V I G I N T I   Q V I N Q V E   A N N I S   A N T E   N A T V S

R E M A R Q V E   S C R I P T O R   I N G E N I O S V S

\*                     \*                     \*

N I H I L   N O V I   I N   O C C I D E N T E

Q V I N Q V I E S   V I G I N T I   Q V I N Q V E   A N N I S   A N T E

X   K A L .   Q V I N T I L E S   N A T V S

R E M A R Q V E   S C R I P T O R   I N S I G N I S

M M X X I I I

Nichts Neues unter der Sonne, im Westen nichts Neues

Vor 125 Jahren wurde der talentierte Schriftsteller (Erich Maria) Remarque geboren.

\*                     \*                     \*

Im Westen nichts Neues

Der ausgezeichnete Schriftsteller (Erich Maria) Remarque

**wurde am 22. Juni vor 125 Jahren geboren.**

## Morris Rosenfeld

eigentlich Moshe Jacob Alter

\* 28. Dezember 1862 in Boksze bei Suwałki, Russisches Kaiserreich  
 † 22. Juni 1923 in New York

Morris Rosenfeld war ein US-amerikanischer Lyriker jüdischer Herkunft. Seine in jiddischer Sprache geschriebenen Werke schildern u. a. die Ausbeutung ostjüdischer Einwanderer in den Schneiderwerkstätten New Yorks.

MORRIS ROSENFELD  
 POETA EGREGIVS  
 VIGINTI LVSTRIS ANTE  
 X KAL. IVLIAS  
 NOVIBORACI EVITA EXCESSIT  
 AETATIS LX

MMXXIII

Am 22. Juni vor 100 Jahren starb der hervorragende Dichter  
 MORRIS ROSENFELD in New York im Alter von 60 Jahren.

### Mayn rue plats

Nit zukh mikh, vu die mirten grinen,  
 Gefinst mikh dortn nit, mayn shats.  
 Vu lebns velkn bay mashinen,  
 Dortn iz mayn rue plats.

Nit zukh mikh, vu die feygl zingn,  
 Gefinst mikh dortn nit, mayn shats.  
 A shklaf bin ikh, vu keytn klingn,  
 Dortn iz mayn rue plats.

Nit zukh mikh, vu fontanen shpritsn,  
 Gefinst mikh dortn nit, may shats.  
 Vu trem rinen, tseyner kritsn,  
 Dortn iz mayn rue plats.

Un libst du mikh mit varer libe,  
 To kum tsu mir, mayn guter shats.  
 Un hayter oyf mayn harts, dos tribe,  
 Un makh mir zis mayn rue plats.

Links:

[The Klezmorim - Mayn Rue Plats - YouTube](#)

[Triangle Shirtwaist Fabrikbrand – Wikipedia](#)

[Triangle Shirtwaist Fire - DER SPIEGEL](#)

[Shirtwaist Kings | American Experience | Official Site | PBS](#)

## Johannes der Täufer

Gedenktag am 24. Juni

«POENITENTIAM AGITE»

IOANNES BAPTISTA  
ZACHARIAE ET ELISABETHAE FILIVS  
CONTIONATOR AC PROPHETA ILLVSTRIS  
IN DESERTO

\* \* \*

«RESIPISCITE»

IOANNES BAPTISTA  
VIR ILLVSTRIS  
CONTIONATOR POENITENTIALIS  
PROPHETA CLAMANS IN DESERTO

MMXXIII

„Tut Buße!“

JOHANNES DER TÄUFER, Sohn von Zacharias und Elisabeth,  
war ein Prediger und berühmter Prophet in der Wüste.

\* \* \*

„Bekehrt euch!“

JOHANNES DER TÄUFER war ein berühmter Mann.  
**Er war ein Bußprediger, ein rufender Prophet in der Wüste.**



## Yves Bonnefoy

\* 24. Juni 1923 in Tours

† 1. Juli 2016 in Paris



CENTVM ANNIS ANTE  
 DIE SANCTI IOANNIS BAPTISTAE  
 TVRONI NATVS  
 IVO VVLGO YVES BONNEFOY  
 VATES INSIGNIS FRANCICVS  
 ATQVE INTERPRES EGREGIVS

MMXXIII

YVES (lat. „IVO“) BONNEFOY,  
 ein ausgezeichnete französischer Dichter und herausragender Übersetzer,  
 wurde am 24. Juni vor hundert Jahren in Tours geboren.

Bonnefoys Lyrik ist häufig schwer zugänglich, jedes einzelne Gedicht erschließt sich nur in Beziehung zum Gesamtwerk. „Ich schreibe keine Gedichte, insofern das Wort *Gedicht* ein abgeschlossenes, selbständiges Gebilde bezeichnet“, äußerte Bonnefoy 1972. „Was ich schreibe, sind vielmehr Gesamtheiten, Versammlungen, Zusammenhänge, innerhalb deren jeder einzelne Text nur ein Fragment ist.“

Bonnefoy galt als einer der bedeutendsten französischen Lyriker seiner Zeit. Darüber hinaus haben seine Übersetzungen ins Französische, besonders die verschiedener Werke Shakespeares, darunter auch die Sonette eine breite Anerkennung gefunden. Auch über Kunst und Kunstgeschichte hat er verschiedene Bücher veröffentlicht, darunter über Miró und Giacometti.

**Yves Bonnefoy**

\* 24. Juni 1923 in Tours

† 1. Juli 2016 in Paris

QVINQVI ES VIGINTI ANNIS ANTE  
VIII KAL. IVLIAS NATVS

YVES BONNEFOY  
VATES INCLYTVS

SEPTE M ANNIS ANTE  
KAL. IVLIIS DECESSIT

\* \* \*

YVES BONNEFOY  
VATES ILLVSTRIS FRANCI CVS  
ATQVE INTERPRES INSIGNIS  
ANTE BIS QVINQVAGINTA ANNOS  
TVRONI NATVS

ANTE SEPTE M ANNOS  
LV TETIAE E VITA DECESSIT

MMXXIII

Der berühmte Dichter YVES BONNEFOY  
wurde am 24. Juni vor hundert Jahren geboren  
und starb am 1. Juli vor sieben Jahren.

\* \* \*

Der berühmte französische Dichter und ausgezeichnete Übersetzer  
YVES BONNEFOY wurde vor hundert Jahren in Tour geboren  
**und starb vor sieben Jahren in Paris.**

## Karl Landsteiner

\* 14. Juni 1868 in Baden bei Wien

† 26. Juni 1943 in New York



CAROLVS LANDSTEINER  
HAEMATOLOGVS EXCELSVS  
EXSPIRAVIT

\* \* \*

CAROLVS LANDSTEINER  
HAEMATOLOGVS STRENVVS  
SEROLOGVS SAGAX  
VITA CESSIT

MCMXLIII

Der hervorragende Hämatologe  
KARL LANDSTEINER ist gestorben.

\* \* \*

KARL LANDSTEINER, ein tüchtiger Hämatologe  
**und scharfsinniger Serologe, ist gestorben.**

## Karl Landsteiner

\* 14. Juni 1868 in Baden bei Wien

† 26. Juni 1943 in New York

CAROLVS LANDSTEINER  
 HAEMATOLOGVS INGENIOSVS  
 QVATER VIGINTI ANNIS ANTE  
 VI KAL. IVLIAS  
 NOVI EBORACI EX VITA EGRESSVS

\* \* \*

CAROLVS LANDSTEINER  
 PATHOLOGVS ET SEROLOGVS INSIGNIS  
 PRAEMIO NOBELIANO LAVREATVS  
 QVATER VIGINTI ANNIS ANTE OBIT  
 AETATIS LXXV

MMXXIII

KARL LANDSTEINER, ein scharfsinniger Hämatologe,  
 starb am 26. Juni vor 80 Jahren in New York.

\* \* \*

Vor 80 Jahren starb der Nobelpreisträger KARL LANDSTEINER,  
 ein ausgezeichneter Pathologe und Serologe, im Alter von 75 Jahren.

Landsteiner bemerkte 1900, dass Blut zweier Menschen beim Vermischen oft verklumpte. Die Beobachtung war ihm in ihrer Tragweite beim Verfassen des Manuskriptes noch nicht offenbar, denn er schildert den Vorgang der Hämagglutination lediglich in einer Fußnote:

*„Das Serum gesunder Menschen wirkt nicht nur auf tierische Blutkörperchen agglutinierend, sondern öfters auch auf menschliche, von anderen Individuen stammende. Es bleibt zu entscheiden, ob diese Erscheinung durch ursprünglicher individuelle Verschiedenheiten oder durch erfolgte Einwirkung von Schädigungen etwa bakterieller Natur bedingt ist. Thatsächlich fand ich das erwähnte Verhalten bei Blut, das von Schwerkranken herrührte, besonders ausgeprägt.“*

Und er berichtete, dass dieser Effekt auch durch Kontakt von Blut mit Blutserum eintrat. In seiner Arbeit *Ueber Agglutinationserscheinungen normalen menschlichen Blutes* forderte er erstmals, wiederum in einer Fußnote, es müsse drei Blutgruppen geben. Es gelang ihm, die Blutgruppenmerkmale A, B und 0 (letzteres damals als C bezeichnet) zu identifizieren. Für die Entdeckung der Blutgruppen erhielt Landsteiner 1930 den Nobelpreis für Medizin.

**Quelle: Wikipedia**

## Fritz Mauthner

\* 22. November 1849 in Horschitz, Böhmen, Kaisertum Österreich

† 29. Juni 1923 in Meersburg, Baden, Deutsches Reich



FRE<sup>D</sup>ERIC<sup>V</sup>S MA<sup>V</sup>THNER  
 PH<sup>I</sup>L<sup>O</sup>SOPH<sup>V</sup>S ET S<sup>C</sup>RIP<sup>T</sup>OR TE<sup>V</sup>TONIC<sup>V</sup>S  
 ANTE BIS Q<sup>V</sup>INQ<sup>V</sup>AGI<sup>N</sup>TA ANNOS  
 III KAL. IVLIAS EX VI<sup>T</sup>A EG<sup>R</sup>ESS<sup>V</sup>S

\* \* \*

FRE<sup>D</sup>ERIC<sup>V</sup>S MA<sup>V</sup>THNER  
 PH<sup>I</sup>L<sup>O</sup>SOPH<sup>V</sup>S S<sup>C</sup>RIP<sup>T</sup>ORQ<sup>V</sup>E  
 VI<sup>G</sup>INTI LV<sup>S</sup>TRIS ANTE  
 III KAL. Q<sup>V</sup>INTIL<sup>E</sup>S OBII<sup>T</sup>  
 AETATIS LXXIII

MMXXIII

Der deutsche Philosoph und Schriftsteller FRITZ MAUTHNER  
 starb am 29. Juni vor 100 Jahren.

\* \* \*

Vor 100 Jahren starb am 29. Juni  
 der Philosoph und Schriftsteller FRITZ MAUTHNER  
 im Alter von 73 Jahren.

**Fritz Mauthners Grabinschrift lautet: „Vom Menschsein  
 erlöst.“**

# FABELLA GRIMMIANA

## 113.

### DE DUOBUS FILIIS RÊGIS.

Aliquando fuit rex, cui natus erat puerulus, cuius constellatione praedictum erat se sedenarium interfectum iri a cervo. Cum puerulus adolevisset, aliquando venatores cum eo profecti sunt venatum. At in silvâ filius rêgis a ceteris se removerat, et subito conspexit magnum cervum, quem voluit ictu sclopeti ferire, sed collineans ab eo iterum iterumque aberrabat. Denique cervus ante iuvenem tam diu aufugerat, usque dum silvam relinqueret. Subito ante eum loco cervi stetit magnus vir longus, qui iuveni dixit: *»Heus, bene est, quod te nunc habeo; nam te persequens quamvis iam sex paria patinorum vitreorum detriverim, tamen non comprehendere potui.«* Tum vir iuvenem secum abducens traxit per magnam aquam usque ad magnum castellum regium. Ibidem filius rêgis iussus est a viro ad mensam considerare et aliquid cenare. Cum unâ cenavissent, rex: *»Mihi sunt«* inquit, *»tres filiae, apud maximam natu debebis per unam noctem vigilare, a vespertinâ horâ nonâ usque ad matutinam sextam, et quandocumque campana sonuerit, ipse veniam et te vocabo; nisi tum mihi responderis, cras occidêris; at si responderis, illa tibi nubet«*. Cum iuvenes cubiculum intravissent, ibidem stetit Christophorus lapideus. Tum filia rêgis ei dixit: *»Horâ nonâ veniet pater meus, et omni horâ sequenti, usque dum indicetur hora tertia; si rogabit, tu responde loco filii rêgis«*. Deinde Christophorus lapideus capite annuit perquam celeriter, deinde paululo etiam etiamque lentius, usque dum in fine constitit immotus. Postridie mâne rex: *»Rem tuam«* inquit, *»bene fecisti, sed filiam meam nondum tibi dare possum. Necesse est te alteram noctem vigilare idque apud alteram filiam, deinde iterum deliberabo, num liceat tibi filiam meam maximam natu in matrimonium ducere. Sed omni horâ revertar, et si te vocavero, sed tu non respondebis, oportebit sanguis tuus effluat mihi.«* Deinde ambo ad cubiculum ierunt, ibique stetit Christophorus lapideus etiam maior, cui dixit filia rêgis: *»Si pater meus rogaverit, responde!«* Tum magnus Christophorus lapideus capite celeriter annuit, deinde etiam etiamque lentius, usque dum denique stetit immotus. Filius autem rêgis limini ianuae incubuit, capiti manum supposuit, obdormivit. Postridie mâne rex: *»Rem tuam«* inquit, *»bene fecisti, sed filiam meam tibi dare*



*etiam nondum possum. Nam etiam apud filiam minimam oportet vigiles per unam noctem. Deliberabo, num liceat tibi filiam meam secundam in matrimonium ducere, sed omni horâ ipse veniam ad te; et si te vocavero, sed tu non respondebis, sanguis tuus mihi effluat*«. Deinde unâ in cubiculum suum ierunt. Ibidem infuit Christophorus etiam maior etiamque longior. Filia rēgis ei dixit: *»si pater meus vocaverit, responde!*« Christophorus magnus, longus, lapideus circiter per semihoram annuit, usquedum constitit immotus. Filius rēgis limini ianuae incubuit et obdormivit.

Postridie mâne rex: *»Bene*« inquit, *»vigilasti, sed filiam meam nondum tibi dare possum. Habeo magnam silvam, cuius arbores debetis caedere a hodiernâ horâ sextâ matutinâ usque ad sextam vespertinam*«. Deinde iuveni ad hoc faciendum dedit asciam vitream et vitreum cuneum et vitream dolabram lignariam. Cum silvam adiisset, semel asciam ligno impegit, tum eadem diffracta est; deinde dolabrâ impegit cuneum, tum îdem tam brevis et parvus fuit quam lapillus. Iuvenis autem valdê contristatus est, quia putavit sibi nunc moriendum esse, itaque consedit et coepit lacrimare. Meridie rex dixit: *»Una ex vobis, puellae, debet illi aliquid afferre comedendum*«. - Tum ambo puellae natu maiores: *»Non*«

inquit, *»afferemus. Nihil illi afferre volumus comedendum. Illa, apud quam iuvenis nocte proximâ vigilavit, ei aliquid afferre potest.«* Nunc minima natu non potuit, quin abiret iuveni aliquid allatura comesum. Silvam ingressa illum rogavit, ut valeret? Se male valere, ille dixit. Tum puella dixit, ut ille adveniret et aliquid comederet. *»Non«* ille inquit, *»non possum, nam moriturus sum, itaque non iam volo comedere«*. Puella illum multimodis cohortabatur, ut conaretur comedere. Tandem iuvenis vênit et comêdit. Cum iuvenis paululum comedisset, puella dixit: *»Ut dolorem obliviscaris, primum volo te aliquatenus permulcere«*. Iuvenis, cum permulcebatur, fatigatus obdormivit. Deinde puella pannum sumpsit, nodavit, nodoque ter terrae impulso dixit: *»Exite, opifices!«* Tum mox multi, multi virunculi terrestres egressi filiamque rēgis rogaverunt, quid sibi mandaret.

Puella: *»Spatio«* inquit, *»trium horarum omnes arbores silvae decîdendae sunt et strues lignorum sunt faciendae!«* Deinde autem virunculi terrestres circumierunt et omnes agnatos et cognotos secum adduxerunt, ut iidem sibi laborantibus adessent. Statim coeperunt laborare et tribus horis transactis faciendum perfecerunt. Tum venierunt ad filiam rēgis eique dixerunt se perfecisse. Puella autem panno albo sumpto dixit *»Opifices, domum ite!«* Et deinde omnes statim abierunt.

Filio rēgis expergefactus summê gavisus est; puella autem: *»Sextam horam«* inquit, *»si audiveris indicatam, reveni domum!«* Hoc praeceptum secutus est, et rex quaesivit: *»Silvamne decîdisti?«* - *»Decîdi«* dixit filius rēgis. Cum ad mensam sederent, rex: *»Nondum«* inquit, *»filiam meam tibi dare possum in matrimonium ducendam; adhuc tibi pro eâ aliquid faciendum est«*. Filius rēgis interrogavit, quidnam restaret sibi faciendum. Tum rex: *»Possideo«* inquit, *»magnum vivarium. Idem oportet cras adire et a limo purgare, ut fiat speculo nitidius, et oportet remaneant pisces quam plurimi«*. Postridie mâne rex ei dedit vatillum vitreum et dixit: *»Oportet sextâ horâ vivarium sit perfectê purgatum«*. Tum abiit, et cum ad vivarium pervenisset, vatillum infixit uligini, et idem abruptum est. Dolabram cum imegisset, eadem diffracta est. Tum denuo perquam contristatus est. Meridie filia ei attulit prandium, eumque rogavit, quomodo se haberet. Tum filius rēgis dixit se male valere, nam mox caput suum amputatum iri. Tum puella: *»Oh«* inquit, *»veni huc et aliquid comede, ut dolorem tuum obliviscaris«*.



Ille dixit se non comesurum esse, nam tristior esset quam ut hoc faceret. Sed denuo puella eum adhortata est, usque dum iuvenis ad se veniret et aliquid comederet. Et denuo eum permulsit, ut obdormisceret. Deinde pannum sumpsit, nodavit, nodoque ter impulit terram et dixit: *»Exite, opifices!«* Tum statim multi, permulti virunculi terrestres venirent et omnes rogaverunt, quid vellet. Puella iis dixit. Tum virunculi arcessiverunt cognatos suos agnosque, ut sibi adessent. Post duas horas omnia perfecta erant. Virunculi redierunt ad filiam rēgis et dixerunt: *»Fecimus, quod tu nobis mandaveras.«* Tum filia rēgis pannum sumpsit et ter eādem impulit terram et dixit: *»Opifices, redite domum!«* Tum omnes abierunt.

Cum filius rēgis expergisceretur, vivarium erat limo purgatum. Nunc etiam filia rēgis abiit et dixit, si sexta hora indicata esset, ut ille domum veniret. Cum domum venisset, rex ex eo quaesivit: *»Iamne vivarium purgasti?«* - *»Purgavi«* dixit filius rēgis. Cum ad mensam sederent, rex dixit: *»Purgasti quidem vivarium, sed filiam meam tibi dare nondum possum in matrimonium ducendam, nam aliquid restat tibi faciendum«.* - *»Quidnam?«* filius rēgis interrogavit. Tum rex dixit sibi esse magnum montem, cui inessent multae vepres, qui omnes essent abscīdendi. Et in summo monte ei esse castellum magnum aedificandum, quod oporteret esse pulchrius, quam ut ab homine posset animo fingi, et omnia instrumenta domestica ceteraque, quae spectarent ad castellum, iuveni esse inferenda.

Postridie mātne cum surrexisset, rex ei profecturo dedit asciam vitream et terebram vitro confectam. Rex dixit oportere, ut iuvenis haec opera finiret horā sextā. Primo vepre inciso ascia diffracta est. Tum denuo prorsus erat contristatus et exspectavit amatissimam suam, num veniret se servatura in necessitatem adductum. Versus meridiem puella etiam vēnit et iuveni aliquid attulit comesum. Tum îdem puellae obvēnit eique omnia narravit et aliquid comēdit; deinde a puellā permulsus obdormivit.

Tum denuo nodum sumpsit, quem impulit terrae, et dixit: *»Opifices, exite!«* Denuo venerunt virunculi terrestres et rogaverunt, quid cuperet. Illa: *»Spatio«* inquit, *»inquit, omnes vepres a vobis sunt abscīdendi, et supra in monte oportet castellum aedificetis, quod fiat pulcherrimum omnium quae sunt«.* Nunc virunculi terrestres illuc ierunt omnes cognatos

agnatosque secum adducentes, ut sibi adessent. Spatio temporis transacto omnia erant perfecta. Tum virunculi ad filiam rēgis venientes hoc dixerunt. Filia autem rēgis pannum sumpsit, eoque ter terram impellens dixit: »*Opifices, abite domum!*« Tum omnes statim abierunt, et cum filius rēgis expergefactus omnia videret, tam laetus erat quam avis in aëre volans.



Horâ autem sextâ indicatâ unâ domum ierunt, et rex quaesivit: »*Estne castellum iam perfectum?*« - »*Perfectumst*« dixit filius rēgis. Cum sederent ad mensam, rex: »*Filiam meam minimam*« inquit, »*dare non potero, antequam nupserint duae natu maiores*«. Tum filius et filia rēgis erant valdê contristati, et filius rēgis non iam scivit ullum remedium. Tenebris obortis îdem cum filiâ rēgis properê abiit. Cum paulisper iam properavissent, filia rēgis semel se convertit et conspexit patrem se sequentem. Filia: »*Oh*« inquit, »*quid faciamus? Pater meus nos sequitur et assequetur. Te permutabo in veprem meque in rosam. Et medio in vepre certê ero segura*«. Pater locum assecutus, quo filius filiaque steterant, stetit ibi vepres et in eius medio fuit rosa. Rex rosam voluit decerpere, sed digitus patris spinâ est punctus, ut îdem non posset, quin domum rediret. Tum uxor ex eo quaesivit, quare illos non secum adduxisset? Tum rex dixit se nihil vidisse nisi veprem et rosam. Tum regina: »*Si quidem*« inquit, »*rosam decerpisses, vepres certe unâ cum rosâ huc venisset*«. Tum rex

iterum profectus est rosam allaturus. Sed filius filiaque iam procul abierant per campum et rex semper eos sequebatur. Tum filia iterum conversa patrem conspexit. Tum dixit: *»Oh, quid nunc faciamus? Te permutabo in ecclesiam meque in parochum. Tum stabo ad pulpitem homiliamque habebo«*. Cum autem rex illum locum assequeretur, ubi ambo fuerant, ibidem stetit ecclesia, et ad pulpitem stabat parochus et homiliam habebat. Rex homiliam audivit et domum iit et omnia narravit uxori. Eadem autem: *»Utinam«* inquit, *»tecum adduxisses parochum, ecclesia ultro huc venisset. Ah non prodest te mittere. Non possum quin ipsa abeam«*.



Cum aliquamdiu migravisset, e procul ambos illos conspexit, filia rēgis se convertit et: *»Vae nobis«* inquit, *»nunc venit mater mea ipsa. Te in vivarium permutabo meque in piscem«*. Mater cum locum assecuta esset, conspexit ibidem magnum vivarium, in cuius medio piscis circumsiluit et caput ex aquâ protendens perquam laetē natabat. Tum mater perquam indignata totum vivarium ebibit, ut piscem caperet. At hōc facto tam vehementer nauseavit, ut totam aquam evomeret. Dixit autem: *»Video hīc nullum mihi restare remedium!«* Regina autem filiae dedit tres iuglandes et dixit: *»His iuglandibus auxilium accipies in summâ necessitate versans«*. His dictis iuvenes unâ abierunt. Postquam iam per decem horas migraverunt, pervenerunt ad castellum, in quo filius rēgis natus erat, et

prope idem erat vicus. Cum ibidem advenirent, filius rēgis: »*Manê hîc*« inquit, »*carissima mea, primum adibo castellum, et deinde cum curru et ministris reveniam te mecum abducturus*«. Cum castellum intraret, omnes summê gavisi sunt, quod filium suum rēgis denuo habuerunt, et îdem narravit sibi esse sponsam, quae nunc esset in vico; ut secum currûs eo veherentur et illam arcesserent. Tum equi curru adiunxerunt, et multi ministri in curru consederunt. Cum nunc filius rēgis currum ascendere vellet, mater ei osculum dedit, quo omnia oblîtus est, quae facta erant et ea quae facere debuerat. Tum mater iis mandavit, ut equos deiungerent, et omnes domum reverterent. Puella autem sedet in vico et exspectat impatienter et putat illum venturum esse, ut se abduceret, sed nemo vênit. Tum filia rēgis inquilina fit molendini, quae spectat ad castellum. Ibidem cottidie post meridiem ei sedenti erant vasa purganda. Aliquando regina ex castello vênit ad aquam ambulatum. Quae cum puellam sedentem conspiceret: »*Quae*« inquit, »*haec est puella fortis? Haec mihi placet!*« Tum omnes illam aspexerunt, sed nemo recognovit.

Longum spatium temporis nunc transactum est, quo puella molinario ministravit probê et fideliter. Interim regina mulierem quaesivit filio suo nupturam, quae venerat ex regione remotissimâ. Cum sponsa advenisset, statim voluerunt connubium facere. Quia permulti homines confluerunt visuri, puella molinarium rogavit, ut sibi permetteretur in ecclesiam ire. Molinarius dixit: »*Licet eas*«. Sed antequam abiit, aperuit unam ex tribus iuglandibus; cui imposita erat pulchra vestis. Quâ indutâ puella iit in ecclesiam et ad altare accessit quam proximê. Subito venerunt sponsa atque sponsus, et consederunt ante altare; et cum parochus eos voluit benedicere, sponsa conspexit puellam seorsim stantem. Statim surrexit et dicit se non iam venturam esse in matrimonium ducendam, antequam acciperet vestem tam pulchram quam illam dominae. Tum domum abierunt et famulum iusserunt rogare dominam, num vestem venditura esset. Tum respondit puella, se non vendituram esse vestem, sed sponsam posse merêre eam. Tum quaesiverunt ex puellâ, quidnam sentiret his verbis. Eadem autem dixit, si sibi nocte ante ianuam filii rēgis liceret dormire, se libenter tradituram esse vestem sponsae. Sponsa autem dixit »*Licet!*« et ministri iussi sunt filio rēgis conficere potionem dormitivam, et puella decubuit ante ianuam et flebat et narrabat per totam noctem: se debuisse pro eo totam silvam decîdere, totum vivarium a limo purgandum, necnon sibi curandum fuisse, ut castellum aedificaretur. Deinde se eum permutasse

in veprem, deinde in ecclesiam, ultimo in vivarium; at eum se tam celeriter oblîtum esse. Puellae autem verba filius rēgis omnino non audivit, tantummodo ministri expergefacti omnia audiverant, sed nesciverunt, quid hoc sibi vellet.

Postridie mâne, cum surrexissent, sponsa vestem induit et cum sponso vecta est ad ecclesiam. Interim puella aperuit alteram iuglandem, et ei imposita erat vestis etiam pulchrior. Quâ indutâ iit in ecclesiam et accessit ad altare quam proximê; et omnia ipso eodem modo facta sunt quo erant primo: puella decubuit ante ianuam conclavis filii rēgis, cuius ministri denuo iussi sunt ei dare potionem dormitivam. Sed potio filii rēgis non continuit medicamentum dormitivum, ut in lecto se collocavit vigilans. Ancilla molinarii iterum lacrimans narravit, quae omnia fecisset.

His omnibus auditis filius rēgis vehementer contristatus subito omnia recordatus est, quae facta erant. Tum voluit illam adire, sed mater ianuam clauserat. Postridie mâne statim ad amatam suam iit eique narravit omnia, quae sibi accidissent, et rogavit eam, ne indignaretur, quod eam in tantum temporis oblîtus esset. Tum filia rēgis aperuit tertiam iuglandem, cui imposita erat vestis omnium pulcherrima, quam umquam potest animo fingi. Quâ indutâ unâ cum sponso vecta est in ecclesiam; tum advenerunt multi parvuli, qui iis dederunt flores et taenias ad pedes posuerunt versicolores, et se siverunt benedici, et nuptias egerunt laetissimas; sed matri falsae et sponsae abeundum fuit. Is autem, qui haec nuperrimê narravit, eius ôs adhuc est calidum.

\* \* \* \* \*

**FABELLAM GRIMMIANAM**  
**C.T. *De beiden Künigeskinner***  
**IN LATINUM CONVERTIT**  
**LEO LATINUS**

## MYTHI GRAECORUM: OEDIPUS (I)

### De Oedipodis nativitate, iuventute, fugâ, patricidio

Laïos, filius Labdaci, e stirpe Cadmi oriundus, rex fuit Thebarum et cum Iocastâ, filiâ Menoeci Thebani nobilis, diu vixit sterili coniugio coniunctus. Heredem desiderans cum ad Apollinem Delphicum retulisset de orbitate suâ, Laio oraculum attributum est quod sequitur: *»Lai, fili Labdaci! Tu desideras liberos procreare. Bene, filium accipias. At scito fato divinitus tibi accidisse, ut manu filii proprii vitam amissurus esses. Hoc est praeceptum Iovis Cronidae, qui audiverit maledictum Pelopis, cui olim filium rapuisti«*. Nam Laïos iuvenis extorris in Peloponeso in aulam rēgis hospes receptus erat. Sed benefactori parum gratus Chrysippum illius filium formosum abduxit in ludis Nemaeis. Laios huius culpae conscius oraculo cum crederet diu vixit ab uxore seiunctus. At amore tenerrimo, quo maritus et uxor mutuo inter se dediti erant, adversus illud monitum fatale iidem iterum inter se conducti atque coniuncti sunt, et denique Iocasta marito peperit filium. Cum infantulus in lucem editus esset, parentibus in mentem iterum incidit illud oraculum, et ut fatum divinum evitarent, tribus diebus transactis puerum neonatum iusserunt pedibus perpunctis atque convinctis iacere in Montes Cithaeronis feros. At pastorem, cui mandatum erat facinus crudele, miseruit infantuli innocentis eumque tradidit alteri pastori, qui in iisdem montibus agmina rēgis Polybi Corinthii pascebat. Deinde domum reversus coram rēge eiusque uxore Iocastâ simulavit se mandatum ad effectum adduxisse. Parentes crediderunt infantulum iam pertabuisse aut a bestiis feris dilaceratum esse ideoque oraculum non iam posse ad veritatem adduci. Ne conscientiam morderentur, animo fingeant infantulo sacrificando se prohibuisse, ne eundem patrem suum interfectorus esset; ita animus parentum etiam magis levatus est. Interim pastor Polybi pedicam solvit a calcibus perpunctis infantuli sibi traditi nesciens, unde idem venerit eidemque imposuit nomen Oedipodis, quod valet pedem tumidum. Itaque puerulum secum attulit ad dominum suum, regem Polybum. Is autem infantis expositi miseritus Oedipodem uxori traditum educavit filium proprium, pro quo etiam in aulâ regiâ et in totâ terrâ habitus est. Puer cum adolevisset, Corinthi semper habebatur pro summo cive et ipse vivebat feliciter persuasus se esse filium et heredem rēgis Polybi, cui alii liberi non erant.

Tum forte Fortunâ accidit, ut Oedipodi, qui fuit usque id temporis fiduciae plenus, subito mota est maxima dubitatio. Nam vir quidam Corinthius iam diutius invidiâ affectus in convivio vini plenus acclamavit Oedipodi, qui iacebat sibi adversus, eum non esse verum patris filium. Isto opprobrio graviter laesus iuvenis vix exspectavit cenae finem; sed eodem die adhuc aegritudinem animi dissimulavit.

Postridie mâne Oedipus prodiit ad parentes suos, qui reverâ nihil erant nisi altores et educatores, et poposcit, ut se facerent certiores de origine suâ. Polybus eiusque uxor de conviciatore maledico indignatissimi studebant filio persuadere, ut desineret dubitare de origine suâ, sed dubia eius non sustulerunt, quia non responderunt sat clarê atque certê. Delectatus quidem est amore parentali, quo illos affectos esse animadvertit, tamen animus Oedipodis cruciabatur illâ suspicione, quae effecta erat verbis inimici.

Tandem clam baculum migratorium comprehendit neque ullum verbum parentibus dicens profectus est ad oraculum Delphorum sperans ab eodem refutatum iri opprobrium, quo honor suus erat afflictus. At Phoebus Apollo eum responso non dignatus novum infortunium imminens retextit multo funestius. Oraculum enim: *»Patrem tui proprium«* inquit *»occîdes, matrem in matrimonium duces, prolem hominibus monstrabis abominabilem«*. His auditis Oedipus timore correptus est ineffabili, et cum ex animo adhuc non posset, quin crederet parentes tanto amore plenos, quanto Polybus et Merope essent, esse parentes suos veros, non ausus est in patriam reverti timens ne fato commotus vim adhiberet Polybo patri carissimo neve a deis insaniâ inevitabili affectus coniugium infame iniret cum Meropâ matre suâ. Delphis profectus est in Booetiam.

Adhuc Oedipus versabatur in viâ inter Delphos urbemque Dauliam sitâ, cum subito conspexit currum sibi obvientem, in quo sedebat senex sibi ignotus unâ cum praecone et aurigâ et duobus ministris. Auriga cum sene peditem, qui iis intervenerat in semitâ angustâ, violenter expulit; Oedipus naturâ iracundus aurigae contumaci plâgam inflixit. At senex cum videret iuvenem tam audacter in currum ingredientem, acriter collineans stimulum duplicem, quem habuit paratum, vertici iuvenis intulit ictum gravem. Nunc Oedipus irâ incensus erat: primum omnium usus est robore heroico sibi a deis dato, baculo sublato senem depulit, qui rapidê e sede currûs devolveretur. Tum pugna cominus conserta est; Oedipodi de vitâ



suâ pugnandum erat cum tribus; sed superius evasit robur eius iuvenile, duos occidit, unus evasit; deinde victor iter perrexit.



**Quomodo Laius interfectus sit ab Oedipode.**  
A.1867 pinxit Iosephus Blanc; haec pictura invenitur  
Parisiis, in Scholâ Nationali Superiore Bellarum Artium.

Iuveni autem nihil in mentem vênit nisi se necessitate coactum vitam suam defendisse contra Phocensem aut Boeotium cum servis. Nam senex in quem inciderat, nullo signo dignitatis altioris instructus erat. At is quem Oedipus interfecerat, fuerat Laios, rex Thebarum, pater interfectoris iter faciens ad oraculum Pythium; et sic fato expletum erat duplex vaticinium quod pater et filius acceptum ambo evitare voluerant. Vir quidam Plataeensis, nomine Damasistratus, corpora occisorum in quadrivio prostrata invênit et miseritus sepelivit. Eorum monumentum lapidibus cumulatis medio in quadrivio exstructum multis saeculis transactis adhuc videbat migrator.

---

*Theodiscê scripsit Gustavus Schwab, Latinê reddidit Leo Latinus*



# PRAECEPTUM COQUENDI SUAVILLUM CATONIS


<https://nautahistoriae.com/2020/05/05/savillum-roemischer-kaesekuchen/>

## XCIII. Savillum sic facito

Savillum hoc modo facito: farinae selibram, casei p. II S una commisceto quasi libum, mellis p. =- et ovum unum. Catinum fictile oleo unguito. Ubi omnia bene commiscueris, in catinum indito; catinum testo operito. Videto, ut bene percocas medium, ubi altissimum est. Ubi coctum erit, catinum eximito, melle unguito, papaver infriato, sub testum subde paulisper, postea eximito. Ita pone cum catillo et lingula{s}.







[nauta historiae](https://nautahistoriae.com/)

## IMAGINES CONFECIT

**Anna Syveken - Drachenwald**

**Cuius mulieris doctae situm interretialem valdê commendo, quia insunt cinemata admirabilia  
ad cultum civilem Romanorum spectantia!**

**<https://nautahistoriae.com/2020/05/05/savillum-roemischer-kaesekuchen/>**

# MARTINUS NIEMÖLLER:

**„CUM NACISTAE ABDUCERENT COMMUNISTAS...“**

Als die Nazis die Kommunisten holten, habe ich geschwiegen; ich war ja kein Kommunist.

Als sie die Gewerkschaftler holten, habe ich geschwiegen, ich war ja kein Gewerkschaftler.

Als sie die Juden holten, habe ich geschwiegen, ich war ja kein Jude.

Als sie mich holten, gab es keinen mehr, der protestieren konnte.

*i.e. Latinê:*

**Cum nacistae abducerent communistas, ego tacui; nam ego non eram comunista.**

**Cum abducerent syndicales opificum, ego tacui, nam ego non eram syndicalis opificum.**

**Cum abducerent Iudaeos, ego tacui, nam ego non eram Iudaeus.**

**Cum abducerent me ipsum, nemo iam fuit, qui posset reclamare.**

**Martin Niemöller** (1892-1984) fuit Germanus parochus Lutheranus illustris. Qui cum apertê vituperaret **Adolfum Hitler**, ultimos septem annos dominatûs socialismi nationalis degit in ergasteriis concentrationis. Nondum oblivione obruta sunt eius verba „*Cum nacistae abducerent communistas, tacui... eas.*“, quae scripsit bello finito.



### **Martinus Niemöller**

(1892-1984)

parochus protestanticus, qui restitit regimini nacistarum

**Martinus Niemöller** fuit parochus protestanticus bene notus, qui restitit regimini socialismi nationalis. Ultimos septem annos dictaturae socialismi nationalis îdem vir degit in ergasteriis concentrationis.


*Martinus Niemöller* d.14. m.Ian. a.1892 natus est in oppido vestfalico *Lippstadt*. A. 1910 in Militiâ Navali Imperatoriâ iniit cursum honorum praefecti militaris. Primo Bello Mundano a.1914 erupto *Niemöller* attributus est navi submarinae, cuius nauarchus denique factus est. Secundum indutias d.11. m.Noc. a.1911 factas, quibus finitae sunt simultates Primi Belli Mundani, *Niemöller* et alii nauarchi iussi sunt naves suas Angliae tradere. Sicut multi alii nauarchi, *Niemöller* recusavit, ne faceret ideoque ex officio dimissus est.

A.1920 statuit, ut vestigia paterna secutus inciperet in Universitate Monasterii Vestfalici studere theologiae cognoscendae.

*Niemöller* primo animo inflammato secutus est ideologiam *Tertii Regni*. At postquam mense Ianuario anni 1934 particeps fuit cuiusdam conventûs cum *Adolfo Hitlero* duobusque episcopis protestanticis eminentibus facto, ubi colloquia habita erant de ecclesiis a gubernatione supprimendis, *Niemöller* animi sui iudicium funditus mutavit. Inter colloquia îdem vir animadvertit telephonemata sua intercipi a secretis biocolytis nacistarum (*Gestapo*). Praeterea patefactum est *Unionem Necessitatis Parochorum (Pfarrernotbund)*, cuius condendae ipse particeps fuerat, severê custodiri a gubernatione. Ex eo conventu *Niemöller* rem publicam nacistarum habuit pro dictaturâ, cui resistere deberet.

# **ECCE ERICA STEINBACH**

**Equitissa Libertatis opinandi defendendae**



**ERIKA STEINBACH (\*1943)**

**Num adhuc valet in Germaniâ libertas opinandi?**

**En lege quam peritê, quam intrepidê, quam admirabiliter Erica tractet hanc quaestionem!**



**O NOMEN DULCE LIBERTATIS !**

## **IN GERMANIA QUALIS NUNC SIT LIBERTAS OPINANDI**

[https://www.youtube.com/watch?v=SCZ7\\_7HbUM4](https://www.youtube.com/watch?v=SCZ7_7HbUM4)

Ad capitulum huius relationis, quod spectat ad ipsam Germaniam et ad omnes regiones vitae, nunc me convertam, quia eodem animus meus commoveatur vehementissimê. Quo in capitulo – hoc velim efferre verbis urgentibus – ferê nulli defectûs commemorantur, sed plus minusve fit laudatio sui ipsius.

Exhibetur magnus numerus programmatum atque initiativarum, sed nulli effectûs graviores ad iura hominum fundamentalia demonstrantur. Licet inalienabilia iura civilia atque politica ostentatoriê tamquam vexillum praeferantur, sed nullo loco indicatur etiam in Germaniâ defectûs quosdam horum iurum inveniri.

Anno centesimo septuagesimo quinto *Constitutionis Ecclesiae Paulinae Francofurtensis et Revolutionis Germanicae a.1848* interim non possum, quin dolenter adnotem postulationes libertatis opinandi illâ aetate factas etiam hodie denuo valere. Si quis opinionem patefacit ingratham, îdem potest operâ professionali privari, *eidem nota quasi censoria inuritur* aut vis corpori et possessioni eiusdem infertur – qualia multi iam experti sunt.

Si autem gubernatio foederalis in *planiformâ denuntiandi* postulat, ut verba non poenalia facta denuntientur, quae non quadrant ad consilia gubernationis foederalis aut ad spiritum temporis, apud nos oportet pulsari omnes campanas, quibus monemur ad democratiam defendendam.

Hac re sollicitor vehementissimê. Ii autem, qui adoleverunt in Germanicâ Re Publicâ Democraticâ (DDR), ista multo plus sentiunt quam nos, qui adolevimus in Germaniâ occidentali, immo *Monica Maron* ista iam praedixerat. In symbolâ perquam simplici eadem dixerat, quomodo societas nostra posset mutari.

Si quidem *Praeses Officii Foederalis Constitutionis Protegendae* aliquam vituperationem gubernationis dicit *delegitimationem* rei publicae illicitam,



iusto meritoque affirmandum est iura hominum fundamentalia etiam in Germaniâ non optimê se habere. Nam his verbis impetus fit generalis nostrae libertatis opinandi. Sed num res publica, in quâ non iam licet sententia liberê dici, habeatur pro democratiâ, qualem nos omnes exoptamus, hoc licet vehementer addubitare. Nam in civitate verê democraticâ licet omni civi sententiam suam liberê dicere, sive est recta sive falsa, licet ei eandem dicere, sine ullo damno detrimentoque – dummodo non sit poenalis.

In totâ relatione ne semel quidem invenitur id quod apud nos inest Lêgi Fundamentali, i.e. aequalitas. Lex enim Fundamentalitatis dicit viros et mulieres esse inter se *aequales*; *aequalitas* autem non est idem ac *aequatio*. Itaque haec relatio eo quod *aequalitatem* prorsus non continet, se avertit ab iis quae Lex Fundamentalitatis a nobis postulat.

Quod attinet ad Germaniam, hac in relatione non commemorantur *conubia multiplicia*, quae hîc inveniuntur inter *muslimos*. Quae fieri possunt, quia sacerdotibus islamicis licet conubiis iungere et uxores primam sequentes in habitaculis maritorum ibique vivunt sumptibus publicis. Hoc extra domos in publico vix animadvertitur, sed est problema tractandum, quia tales mulieres supprimuntur et saepe se ipsas non possunt defendere.

Etiam video in hac relatione deesse impetûs in ecclesias factos, quales etiam hîc anno iam complures facti sunt. Mingitur in colymbion, merda inicitur, cottidie fit *vandalismus in ecclesiis*. Ecclesiae ista ipsae saepe reticent, nolunt ista foris innotescere. Sed clarê patet hîc fieri impetum in fundamenta cultûs civilis nostri proprii terrae occidentalis christianae, si etiam symbola christiana, velut cruces montanae eqs affliguntur. Sed de hac re sermo non fit.

Etiam alia difficultas cognoscitur: Libertas opinandi – si demoscopias perlegis – multis hominibus in Germaniâ versantibus non iam est talis, qualem putant esse veram. Multi sollicitantur, ne quid publicê dicant, quod sibi persuasum est, sed quo *sibi nota quasi censoria timent ne inuratur*.

Praeterea nunc exstat aliquid prorsus novum. Notio *laesionis maiestatis* iuridica in Germaniâ non iam valet, sed nuperrimê introducta est notio *delegitimationis rei publicae*. Quatenus hoc est aliud ac illud? Et quantum



attinet ad huius notionis causam allatam: Si qui civis rem publicam vituperat et dicit gubernationem hoc aut illud mendum facere aut hoc facere bene, illud male, haec ratio dicendi nequaquam est *delegitimitatio rei publicae*, sed absolutê congruit cum iure, quod habet omnis civis, i.e. ius iudicandi de iis rebus, quae facit propria gubernatio. Ceterum non possum, quin moneam, ut animo fingatis hoc quod sequitur: Quidnam nuntiarent diurnarii Germani, quidnam proclamaret gubernatio germanica, si in Hungariâ aut in Poloniâ gubernatio ita tractaret oppositionem ut hîc in Germaniâ gubernatio tractat Factionem Alternativam (AfD)? Summâ cum indignatione accusarent harum nationum gubernationes! Non possum quin hoc adnotem.

Quod attinet ad libertatem investigationis et institutionis universitariae – ea quae nonnulli professores his annis passi sunt, verê digna sunt quae reprobentur. Verbis efferendum est libertatem investigationis et institutionis universitariae esse bonum perquam excellens. Oportet in investigatione et institutione, in rebus aestimandis valeat ratio democratica. Quibus in rebus scilicet sententias et opiniones esse varias inter se discrepantes. Si ratione scientificâ investigatur, oriuntur variae opiniones, varia resultata – sed ex tali varietate atque discrepantiâ fiunt disceptationes fertiles – itaque oportet ne inurantur notae censoriae!

Istae sunt mutationes rerum progredientes, sed credo etiam operae pretium esse Germaniam ipsam inspicere. Factum quidem est hoc aliquatenus, sed pro eo, ut vituperanda vituperaret, gubernatio nihil fecit nisi sibi ipsi thurificavit.

**HAEC HACTENUS DIXIT**

**ERICA STEINBACH**

**DE LIBERTATE OPINANDI  
QUALIS IN GERMANIA ESSET**

**VERBA ERICAE THEODISCA**

**IN LATINUM CONVERTIT**

**LEO LATINUS**

## **PRAESES FOEDERALIS QUID IN DIEM SEDITIONIS POPULI D.17. m.Iun. a.1953 DIXERIT**



FRANK-WALTER STEINMEIER  
(\*1956)

<https://www.n-tv.de/politik/Wer-so-spricht-verhoehnt-die-SED-Opfer-article24195849.html>

*»Mendacium dicunt vanum et futile, cum adversarii nostrae democratiae, cum populistae et extremistae contendunt statum nostrae rei publicae hodiernum esse exactê talem, qualis fuerit illo tempore, exactê talem, qualis fuerit in dictaturâ«.*

*(omnes applaudunt, praeter Alternativos)*

*»Opinor istum, qui sic loquatur, irridere victimas regiminis ipsius SED, istum, qui sic loquatur, abûti nomine illorum, qui illo tempore vitam suam in periculum adduxerunt. Qui sic loquitur, is laedit omnes democratissas et democratas terrae nostrae, omnes hos miliones civissarum civiumque, qui diem de die student atque operam dant saluti huius terrae fovendae, qui inter Flensburgiam et Garmischium, inter Aquisgranum et Görlitziam curant alios, curant nostram terram«.*

# »VOS LIBERTATEM IMPUGNATIS !!!«

GUBERNATIONEM SPECIE TANTUM HONORARE LIBERTATIS PROPUGNATORES,  
VERE LIBERTATEM IMPUGNARE



Kay-Uwe Ziegler

[https://www.youtube.com/watch?v=wF1sWpg23\\_o](https://www.youtube.com/watch?v=wF1sWpg23_o) Sie bekämpfen die Freiheit! - Kay-Uwe Ziegler - AfD-Fraktion im Bundestag 3.198 Aufrufe 16.06.2023 #afd #bundestag #freiheit

*Kai-Uwe Ziegler particeps ipsius Factionis Alternativae Germaniae (AfD) paucis verbis ea dicit, quibus commoventur animi multorum hominum in Germaniâ Orientali natorum. Itaque Volfgangus Kubicki praesidens eundem vituperat.*

**ZIEGLER:** Tota ista disputatio – ut verum confitear – mihi videtur esse hypocritica. Hypocritica mihi videtur, quia id quod est caput rei, quod hîc non tractamus, quod vos quoque non tractatis, est id quod **illi, qui a.1953 illam seditionem conflaverunt, hodie a vobis impugnantur. Illam revolutionem illius temporis vos impugnaretis.** Nam finis proprius illorum hominum fuit **libertas**, sed vos omnes omnibus in rebus iterum iterumque **libertatem impugnat**.

**KUBICKI:** Nos hîc de omnibus disputare possumus, sed quod tu declaras legatos huius domûs **libertatem** – Domine Braun! Rogo te...! - legatos huius domûs **libertatem** impugnare - istud est prorsus inexauditum!

**ZIEGLER:** Domine Praeses maximê honorabilis! Intellexi quidem verba tua. Sed his remotis ea quae dixi ipse personaliter sentio et ipse his tribus annis transactis expertus sum. Nos ibi supra consedimus – in suggestu illo, qui appellatur *suggestus pandemicus* (*Seuchentribüne*) et vos omnes hoc comprobavistis. Equidem sentio oportere, ut vos pudeat, quod istis quae facta sunt his tribus annis, nomen imponitis **libertatis**. Equidem de istis aliter sentio, multique homines in Germaniâ orientali viventes de istis aliter sentiunt. **Vos ignominiâ affecistis nonnullos homines Germaniae orientalis, vos homines, qui in viâ manifestaverunt iura sua defendenda, his tribus annis contumeliâ affecistis** – sine fine – at nunc subito narratis vos magni facere **libertatem** – hoc non possum comprobare. Multas gratias vobis ago.

- IN LATINUM CONVERTIT LEO LATINUS -

## **PRO FORMA NON HABEMUS DICTATURAM - SED IN RE ?**

### **NONNULLA ARGUMENTA ANTI-PRAESIDIALIA**

<https://www.zdf.de/nachrichten/politik/steinmeier-gedenkstunde-ddr-volksaufstand-17-juni-100.html>

ETIAM hic potes videre missam politicam aliam cum sacerdote noto notorioque DENUO nesciente historiam. Specta hunc locum orationis: 52:00 ... Nescio an iste orator pessimus revera credat sua verba; revera intolerabilia sunt; *pro forma* non habemus dictaturam, sed *in re*?

### **NUM CIVIBUS LICET DICERE CORAM PUBLICO...**

- *se apostatas esse (quod attinet ad religionem climatis)*
- *Alternivos solam factionem esse resistentem politicae insanae prasinae*
- *Alternivos a quasi omnibus politicis aliarum factionum iniustê diffamari*
- *istum Haldenwangium non servare constitutionem sed gubernationem*
- *"Woceismum" esse pseudo- et supermoralitatem*
- *EKD esse quasi partem factionis prasinae*
- *in ideis prasinis esse nucleum totalitarem*
- *Selenskium non democratam, sed tyrannum esse*
- *bellum in Ucraina habere praehistoriam longam, in quâ USA NATOque magni (et mali) momenti erant (et adhuc sunt)*
- *in re publicâ nostrâ ubique signa totalitarismi tempore coronario apparuisse et a potentibus probata esse*
- *migrationem non moderatam efficere pericula multa et impensas ingentes ...?*

Si quis haec omnia publice diceret, hostis rei publicae haberetur. Certe, supplicio non afficitur, sed separatione sociali oeconomicaque; hoc dicam "**supplicium sociale**". Hoc **non** est libertas, sed **totalitarismus**.

**Scriptit Naevius Sartorius.**

## OLAUM OBLIVOSUM BELLI INSTIGATOREM CLAMORIBUS OBRUTUM ESSE

<https://journalistenwatch.com/2023/06/04/kriegstreiber-scholz-wird-bei-europafest-ausgebuht/>



**Ecce socialistae, qui in *Lacu Falconino oppido Brandeburgi* vultûs distortent,  
quia *Olaus Obliviosus* cancellarius et socialista loquens clamoribus obruitur**

*Olaus Scholz* cancellarius foederalis in sollemnitate Europae socialistarum in *Lacu Falconino Brandenburgensi* orationem habiturus nihil voluit nisi sociam suam et candidatam muneris burgimagistrae adiuvare. At homines congregati clamoribus aspersionis vehementissimis demonstraverunt, quid sentirent de *Olai* instigatione bellicosâ.

*Cornelia Nietsch-Hach*, candidata socialistria muneris burgimagistrae, incolas invitaverat perquam medullitus, ut participarent „*Festum Europae*“ in oppido *Lacûs Falconini Brandenburgensi* celebrandum. Dum duo greges hominum super scaenam ballantes trecentos ferê spectatores delectabant, omnia fieri laeta atque pacifica videbantur in hîc conventu socialistarum.

At ubi primum *Olaus Scholz* cancellarius foederalis, qui ab invitatoribus habitus erat pro personâ omnium gratissimâ, sententiolâ proclamâtâ, q.e. „*Olaus nobis animum facit*“, scaenam intravit – subito omnis laetitia, omne gaudium finitum est et eruptus

est ingens rugitus et clamatio vehementissima. Homines autem praecipuê reclamaverunt auxilio, quod Ucrainiae fertur a gubernatione. „*Instigator belli!*“, „*Mendax!*“ necnon „*Praedo gregalis!*“, cives reclamabant per minutas *Olaos* socialistae. Qui postulabant „*Pacem efficite sine armis!*“ et „*Apage!*“ Secundum relationes hoc ut facerent, non antea convenerat inter reclamatores, sed ultro et ex improvise confluxerant *Olaos* reclamaturi.

At *Olaus Obliviosus* rugivit in microphonum suum: „*Vos intellexeretis ipsum Putinum esse instigatorem belli, si quidem adhuc mentem sanam haberetis in cerebris vestris!*“. Putinum ducentis milibus militum a tergo oppressisse Ucrainam. Amnesiâ autem subito superatâ *Olaus* non iam obliviosus scivit multas res factas addere: *Istum Putinum destruere vicos et urbes, istum Putinum incredibiliter multos cives, mulieres, infantes interfecisse. Istius Putini esse vim armorum violentissimam!*

*Olaus* scaenam cum reliquisset, etiam eius socio, *Dietmaro Woidke*, praesidi *Brandeburgi* ministeriali, reclamatum est. Îdem a civium vitâ et indigentiis haud minus remotus eosdem adhortatus est, ut manifestarent in *Plateâ Rubrâ* ante *Cremlinum Moscuensem*. *Dietmarus* factionis socialistarum famulus fidelissimus addidit: „*Ibidem iusto meritoque possetis postulare, ut Putinus aboleat omnia arma. At deinde Russiam, quam tantopere amatis, cognosceretis verissimam!*“

In *planiformâ friguttiendi* (*Twitter*) verba scripta erant haec: „*En istum nebulonem protervissimum! Sed in unâ re isti assentior: Si homines essent sanâ mente, talem cancellarium evitavissemus. Pereat factio socialistarum!*“.

<https://journalistenwatch.com/2023/06/04/kriegstreiber-scholz-wird-bei-europafest-ausgebuht/>

***Hanc relationem  
de Olaos Oblivioso  
clamoribus obruto  
theodiscê scriptam  
Latinê reddidit  
Leo Latinus.***

## NUM IOSEPHULUS SOMNICULOSUS (*Sleepy Joe*) EST MONARCHISTA? (»*God save the Queen, man!*«)



<https://www.mmnews.de/politik/200232-video-biden-verwirrt-zuhoerer-mit-god-save-the-queen>

Scopocinema: Iosephulus perturbat auditores verbis in salutem Reginae dictis  
d.17. m.Iun. a.2023

Oratione quâdam exeunte in Civitate *Connecticutensi* Praeses Civitatum Unitarum dixit »*Deus servet Reginam, tu homo!*« (*God save the Queen, man!*) Incertum est, quid Iosephulus his verbis significare voluerit. Etiam magis perturbati sunt auditores explicatione locutricis Domûs Albae.

*Iosephulus Bidenius* Praeses Civitatum Unitarum die Veneris in conventu quodam, qui factus est in Civitate foederali *Connecticutensi*, animos audientium eo perturbavit, quod orationem suam finivit adnotatione mirâ et alienâ. Cum in conventu summitario securitatis acroasin de legibus armorum aggravandis îdem democrates senex octogenarius ex scaenâ vocavit »*Deus servet Reginam, tu homo!*«, antequam microphonum seposuit. Quid Bidenius his verbis significare voluerit et ad quam reginam eadem referrent, fuit incertum. Quaedam locutrix diurnariorum dixit Bidenium verba sua rettulisse ad aliquem hominem in multitudine sedentem. Sed eadem locutrix nihil accuratius explicavit.

**Latinê reddidit Leo Latinus**



# BUPHONIA HIBERNICA

## RITUALE CLIMATODULORUM SUPERSTITIOSUM



**Νήπιοι, οἱ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἡελίοιο ἤσθιον:**  
**αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.**

**HOMERUS, Odysseia I 9-10**

**Gubernatio Hibernica vult trucidare 200.000**

**vaccarum – propter clima protegendum !!!**

<https://www.mmnews.de/politik/200312-irland-will-200-000-kuehe-toeten-wegen-klima>  
 19. Juni 2023

**Hibernia: Secundum documentum gubernationis internum 200.000 vaccarum necabuntur – in salutem climatis.**

In documento horrendo Ministerii Agriculturae Dublinensis commendatur, ut vaccae trucidentur ad clima mundi servandum. Ut Hibernia fines climaticos Unionis Europaeae assequeretur – sic est propositum – fieri posse, ut tribus annis futuris ferê 200.000 vaccarum occiderentur. Quo nuntio 18.000 agricolae lactarii sibi videntur a tergo oppressi esse.




**Patricius MacCormack**, Praeses Unionis Praebitorum Lactis Hibernicorum ab Agenturâ Germanicâ Diurnariâ rogatus: „*Ut consilium*“ inquit, „*capiatur, quod complectitur omnes homines industriae lactariae participes, oportet fiant colloquia bilateralia. Gubernatio hanc rem dispensans debet consilium proponere, quo pecunia comparetur ad eandem faciendam*“. Praeterea tale programma non posse ad effectum adduci nisi ratione voluntariâ.

Nuperrimê demum **Magistratus Circumiectorum (EPA)** declaravit Hiberniam a finibus suis climaticis insigniter aberraturam esse. Secundum unum ex his finibus in sectore agrario emissiones usque ad a.2030 deminuendas esse 24 (vicenis quaternis) centesimis partibus. In margine Praeceptorum Unionis Europaeae, quae spectant ad onera dividenda, Hibernia vult emissiones in comparatione anni 2005 deminuere tricenis partibus centesimis (30%). **Carolus McConalogue** minister agrarius iam significaverat se in animo habere programma climatis voluntarium, quo deminueretur numerus pecorum lactariorum.

**Vaccae pro climate: Hibernia vult  
200.000 boum necare ad clima  
protegendum.**

**Quidni etiam canes? Quidni cattas?**



**Birgit Kelle**

Si quis usque nunc putavit bestias tantum posse affici insaniâ bovinâ, stupefit novo genere insaniae bovinae, quod saevit in Hiberniâ Europae insulâ viridi: Nam ibidem homines politici insaniâ bovinâ affecti postulant vitas vaccarum. Nam iidem Prasini mente capti contendunt in pascuis Hibernorum succidis vagari nimis multas vaccas pèdentes. Itaque secundum documentum Ministerii Agriculturae strategicum ducentis milibus vaccarum nunc est ad plures abeundum, ut expleantur fines Unionis Europaeae climatici.

Miro sanê modo illi activistae sententiam suam mutaverunt, qui nunc bestias necant climatis causâ, quamquam solent protectionem climatis coniungere cum vitâ militari-veganâ, ut vitae bestiarum parcant, sed quis serio putat rationem logicam valere, si agitur de planetâ servando? Saltem vaccis Hiberniae iusto meritoque licet contendere se esse participes „*Ultimae Generationis*“!

At civis climaticus bene exercitatus statim quaerit id quod est praestantissimum: *Cur nulla animalia nisi vaccas? Quae animalia praeter ea sunt mactanda in nomine climatis?*

*Quid nulla animalia interficiuntur nisi vaccae, si etiam possunt interfici canes et catta? Nonne oportet nos summis viribus unâ studere finibus Magnae Unionis Europaeae assequendis? Ergo nobis non est locus, ubi Lenula-Sophia animulâ vagulâ blandulâ commotâ nolit mactare Bellonem canem suum carissimum. Nos quidem hoc non facimus nisi vobis, cari parvuli!*

Cum iam frigeamus climatis causâ, si mox carebimus calefactorio, cum iam interdictum nobis sit, ne aeroplano volemus vacationis causâ, ne carnem comedamus, ne autocineto vehamur, ut servemus planetam, certê restant nonnullae partes vitae nostrae, quae nondum satis sunt deminutae.

Feministriae doctrinâ climaticâ illuminatae iam operistitium faciunt liberos pariendi, ut eo clima servent, quod prohibent, ne orbis terrarum superabundet emissorculis carbonei dioxydati. Hoc est laudabile, nam notum est etiam istos pupulos haud raro pèdere atque visire. En prospicite in Chinam, ubi summâ cum providentiâ deminutus est numerus infantulorum.

Scilicet nondum scimus, unde sumpturi simus lac et butyrum, quae ducenta milia vaccarum non iam producent, sed quid faciamus? Climatis causâ necesse est modestius vivere! Consentaneum est, ut possessores bestiarum domesticarum nunc quam celerrimê cattam suam coquant aut assent, quae fortasse iisdem erit ultima portio carnis, quam accipere possint sine mercaturâ nigrâ et pretio solubili, priusquam eadem bestiola viâ publicâ auferatur climatoneutraliter.

**Nolite autem sollicitari, certê aliqui scientistae Unionis Europaei iam praeparant aliquod productum lactis surrogandi ,**

quod fabricatur ex insectis. *Lac Müllerianum*, quod constat ex locustis – sapidissum!

**QUO USQUE TANDEM NOS ELUDET FUROR PRASINORUM???**

**VAE VACCIS ! QUAE CRUDELITER  
VEXANTUR ET FOEDANTUR  
PRASINORUM METHANOPHOBIÂ**





**ECCE PRASINI CLIMATODULI **METHANOPHOBIA** OBSESSI  
 MISERRIMAS VACCAS IMMANITER VEXANT ET FOEDANT  
 VIVENTIS CORPORIS PERCUSSIONE, QUAE DEMINUERE  
 STUDEANT COPIAM METHANI DIGESTIONE BOVINAE  
 EXORIENTEM.**

**DELIRAT ISTA **PRASINORUM PROLES PRAVISSIMA!!!****



Methan-Messung bei einer Kuh: „Kein Mensch glaubt, dass die das Klima kaputtgeren“

haben die Menschen weltweit 300 Millionen... I... art... verweicht... dann... verwirrt... und...

**INSANA METHANOPHOBIÂ OBSESSI  
CLIMATODULI SIBI NON TEMPERANT, QUIN  
VACCAS VEXENT CRUDELITER !!!  
DELIRANT ISTI PRASINI!!!**

**Scipsit *Birgit Kelle*, In Latinum convertit et  
adnotatiunculis instruxit *Leo Latinus*.**

# EMENDANDA & SUPPLENDA

**Eduardus gregis parti quae Epistolia Leonina legere solent, sal.:**

**Omnino omnia chronogrammata hac vice numero horno rite constant, uno excepto:**

**G E O R G I V S P V R B A C H I V S  
A S T R O N O M V S A V S T R I A C V S  
V I R D O C T V S V N I V E R S I T A T I S V I E N N E N S I S  
A N T E S E S C E N T O S A N N O S  
I I I K A L . I V N I A S N A T V S**

**numeralia Romana quae huic textui insunt ad 2029 summantur neque 2023, nisi fallor.**

**Aliud chronogramma est viri infamis cuius placita\* per hos triginta annos magis magisque idonea apud factiones alae dexterarum facta sunt:**

**T H E O D O R K A C Z Y N S K I  
A N A R C H I S T A  
A C T E R R O R I S T A N O T V S A M E R I C A N V S  
V I T A C E S S I T**

**(n.b. inest y littera quae summae contribuit 2)**

**[https://en.wikipedia.org/wiki/Ted\\_Kaczynski](https://en.wikipedia.org/wiki/Ted_Kaczynski)**

**\***

**<http://editions-hache.com/essais/pdf/kaczynski2.pdf> (proclamatio c.t. **\_Societas Industrialis hodie et cras\_**)**

**[\\_Servitus technologica\\_](#) (2022)**

**valete**

**--**

**Inveterati tacentes: Audete pudore affici!**

**\*\*\*\*\***

**Si gregem relinquere uelis, mandatam UNSUBSCRIBE GREX in subiecto epistulae nihil aliud continentis ponas epistulamque ad [SYMPA@MAN.TORUN.PL](mailto:SYMPA@MAN.TORUN.PL) mittas.**

d.16. m.Iun. a.2023 h.18.52

Lieber Herr Rössler,

das folgende Echo auf Ihre Chronogramme habe ich eben über den Verteiler einer lateinischen Internetgruppe (Grex Torunensis) bekommen. Der Leiter derselben, Herr Ed(uardus) Crane, hat dieses Schreiben verfasst. Wenn Sie reagieren möchten, können Sie mir Ihr Schreiben ja schicken - ich werde es, wenn Sie nicht selbst lateinisch schreiben möchten, ins Lateinische übersetzen. Viele Grüße und vielen Dank für Ihre lehrreichen Chronogramme,  
Dr.Nikolaus Groß

d.16. m.Iun. a.2023 h.23:00

Lieber Dr. Groß,

vielen Dank für die Nachricht. Wie dieser Fehler passieren konnte, ist mir ein Rätsel, denn ich überprüfe normalerweise *mehrmals* die Jahreszahl, bevor ich ein Chronogramm abschicke. Aber es ist eben geschehen. Gerade in diesem Chronogramm war von Anfang an „der Wurm drin“: Da war zunächst einmal der Tippfehler in der Wortform „universitatis“ – und dann auch noch ein falsches Ergebnis bei der Jahreszahl. Nun, der Tippfehler wurde rechtzeitig ausgebessert, und der andere Fehler lässt sich ebenfalls leicht beheben (siehe die korrigierte Version im Anhang).

Es hat mich übrigens sehr erstaunt, dass sich jemand die Mühe macht, den Zahlenwert jedes einzelnen Chronogramms nochmals nachzuprüfen. Wollen wir hoffen, dass sich die Rezeption der Chronogramme nicht darin *erschöpft*, sondern dass es letztendlich doch die erwähnten Personen sind, die im Fokus der Aufmerksamkeit stehen. Sie wissen ja, dass für mich die Chronogramme in erster Linie nur ein Hilfsmittel sind, um an Persönlichkeiten zu erinnern. Meistens handelt es sich um Menschen, die Anteilnahme, Anerkennung oder gar Bewunderung verdienen. Manchmal widme ich jedoch auch „interessanten Persönlichkeiten“ ein Chronogramm. Zu dieser Kategorie zähle ich Ted Kaczynski. Ein hochintelligenter Mann mit einer diagnostizierten paranoiden Schizophrenie. Ein unberechenbarer, gefährlicher Extremist, der schließlich zum Mörder wurde. Ein Terrorist. (Letzteres habe ich auch im Chronogramm erwähnt.)

Das korrigierte Chronogramm können Sie, wenn Sie möchten, an den Herrn weiterschicken. Was mich betrifft, so gibt es eigentlich keinen Anlass zu reagieren. Der Fehler im Peuerbach-Chronogramm ist behoben, und mit Sicherheit wird mir niemand unterstellen, dass ich ein heimlicher Sympathisant von Ted Kaczynski sei. (Das wäre auch absurd.)

Mit herzlichen Grüßen  
Tobias Rößler

d.17. m.Iun. a.2023 h.14.20

Lieber Tobias Rößler,

Sie haben meine volle Zustimmung. Kleine Patzer passieren jedem einmal und sind schnell korrigiert. Natürlich würdige ich Ihre Bemühungen zur Vermittlung von Allgemeinbildung und Darstellung interessanter Einzelpersönlichkeiten. Dabei geht es Ihnen nicht um kritiklose Anbetung, sondern es sollen auch problematische, ja pathologische Charaktere dargestellt werden. Die künstlerische Darstellung eines bösen Buben bedeutet natürlich nicht, dass dem Künstler selbst eine "Kontaktschuld" anzulasten wäre (dieser Begriff erscheint mir übrigens ganz allgemein sehr fragwürdig!)

Herzliche Grüße,  
Ihr  
Dr. Groß

Lieber Dr. Groß,  
das haben Sie sehr schön auf den Punkt gebracht. Danke.  
Mit herzlichen Grüßen  
Tobias Rößler



# ECHUS VOCES & EPISTULAE

**IOHANNES MICHAEL CAILLOL**

d.14. m.Iun. a.2023 h.10:18

**Iohannes Michael Albino s.p.d.**

Duae illae ultimae leoninae epistulae cum eodem numero signato sunt. nimis est. Vale. - PS **istius leonis opiniones erga russicos, vaccinos, pratinos (sic) etc etc deliramenta sunt.**

**ALBINUS DUTOYA CATALONIENSIS**

d.14. m.Iun. a.2023 h.11:25

**Albinus Iohanni Michaeli**

Gratias tibi ago. Rem correxi. De opinionibus Leonis Latini, licet (scilicet) dissentire. Equidem ei magnopere assentior. **Vale.**

d.14. m.Iun. a.2023 h.13:37

**LEO LATINUS IOHANNI MICHAELI CAILLOL SAL.PL.DIC.**

Care *Iohannes Michael*, gratias tibi ago pro correcturâ numerorum. Gaudeo, quod Epistulam meam Leoninam legisti, sed doleo, quod tam acerbê iudicas de argumentis eiusdem. Rogo te, ut mihi explices, quare ea quae de Russiâ, vaccinatione, Prasinis (*sic!*) aut ipse scripsi aut ab aliis relata Latinê reddidi, tibi videantur esse deliramenta. Quare putas ea, quae 99,9% diurnariorum sentiunt, semper esse verissima? Nonne interdum fit, ut 99,9% errent et 0,1% verum nuntient? Nonne *Livius* sapienter dicit: "**Ut plerumque fit: Maior pars meliorem vicit**"? **Audiat et altera pars!** Afferas, quaeso, argumenta, ut possimus inter nos disputare. Responsum tuum exspecto semper cupidus cum lectoribus disputandi. Vale pancreaticê. Medullitus te salutat **LEO LATINUS**

d.14. m.Iun. a.2023 h.13:56

**Nicolaus Albino s.**

Gratias tibi ago pro Epistulâ Leoninâ 278 irretitâ. Novistine illum *Iohannem Michaellem CAILLOL*? Displicent mihi opiniones quae afferuntur sine ullo argumento. Quid sentis? **Medullitus Nicolaus Leo Latinus**

d.16. m.Iun. a.2023 h.16:19

**Albinus Nicolao spd**

Nescio quis sit. VERITATEM legit in fere omnibus actis diurnis, audivit et/vel vidit ex omnibus stationibus radiophonicis et televisificis. Et quis argumentatur contra VERITATEM, delirat. Quid facere vis adversus VERITATEM, care Nicolae? Ille non est "sine ullo argumento". Argumentum ei est ponderosum: Id dicit quod OMNES sciunt (acta diurna, tot media radiophonica vel televisifica)... Quidam nepos *Sigmundi Freud* nomine *Edward Bernays* qui opinionem publicam americanam



manipulavit ut USA intrarent in primum bellum mundanum, ut Americani ientaculo lardum edant ("*bacon and eggs*"), ut mulieres sigarella fument, ut liberae fiant ("*Torches of Freedom*"), etc. rationes suas descripsit in libro suo c.t. "PROPAGANDA" (1928). [https://en.wikipedia.org/wiki/Edward\\_Bernays](https://en.wikipedia.org/wiki/Edward_Bernays). - Et hodie methodi multo efficaciores sunt et instrumenta propagandae decuplo aucta (TV, Internet, etc.) Haec omnia notissima sunt. Tamen adhuc ingenui sunt, qui "*coniurationistas*" vocant eos, qui iure suspiciosi sunt huic propagandae. Mihi nimis fastidiosum sit argumenta afferre adversus omnes has "VERITATES" (praecipue LATINE). Pugnacitas tua (quam admiror) et facilitas Latine scribendi mihi deficiunt. Da quaeso veniam... Noli nimis stomachari et vale tamen quam optime. 😊

## URBANUS FERRARIUS BRASILIOPOLITANUS

d.13. m.Iun. a.2023 h.22.24

**Salvus sis, Leo Latine!**

Potesne mittere Epistulas tuas Leoninas etiam ad *Aldairum Angolensem*, qui linguæ Latinæ operam dat? Inscriptio eius electronica hæc est: ---- Ipse suspenso animo expectat epistulas tuas. **Urbanus**

d.13. m.Iun. a.2023 h.22.42

**Leo Latinus Urbano suo optimo sal.pl.dic.**

Libenter *Aldairo Angolensi* mittam Leoninas. Habitatne in Angolâ Africanâ? Vale semper pancraticê, mi Brasiliopolitane; et perge Orbem Latinum ditificare operibus tuis. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**.

## ALDAIRUS ANGOLENSIS

d.14. m.Iun. a.2023 h.10:46

**Leo Latinus Aldairo Angolensi sal.pl.dic.**

Urbanus Ferrarius Brasiliopolitanus mihi scripsit te velle accipere Epistulas Leoninas. En accipe! Habes novissimam. Si vacas, scribe mihi quidquid tibi in buccam venerit. Scribe quis sis, quot annos habeas, ubi habites, quod officium geras, quomodo linguam Latinam didiceris. Haec hactenus, mox certe plura. Pancratice vale et perge mihi favere. Medullitus te salutat **LEO LATINUS**

d.14. m.Iun. a.2023 h.14:21 Aldair Lagrifa Bernardo Gomes Jad-Mag

**Salvus sis, Leo Latine!**

Me voco Aldair Gomes et sum Angolensis (Angolia) habeo 33 annos, nunc habito in Hispania, Matriti, et sacerdos sum ecclesiae Catholicae... didici linguam Latinam in libros ab interrete deinde in seminario. Nunc, Matriti orbe, studeo philosophiam. volo scire latin, scio parum, ideo quaero qui favere mihi possit Gratias tibi ago per has litteras.

d.14. m.Iun. a.2023 h.16:00

### **LEO LATINUS ALDAIRO SAL. PL.DIC.**

SALVE ET TU, CARE ALDAIRE! LIBENTER TIBI MITTAM EPISTULAS LEONINAS. SI QUID QUAESIVERIS EX ME DE LINGUA LATINA; QUANTUM POTERO, LIBENTER RESPONDEBO. LATINE SCRIBIS IAM INTELLEGIBILITER. PAUCOS TANTUM LAPSUS CORRIGAM, SI PERMITTIS:

1) Quare dicis "didici in libros"? Accusativus hoc loco parum quadrat. Scribe "didici libris/ cursu interretiali" (ablativus instrumentalis)

2) "Studeo philosophiam" non dicitur, nam "studere" facit casum dativum. Ceterum solet coniungi cum gerundivo verbi cognoscendi. Ergo scribas: "studeo philosophiae (cognoscendae)".

3) "volo scire latin": Quia lingua latina est flexiva, verba declinabilia sunt declinanda. "latin" est forma defectiva: nam nullam habet desinentiam. Itaque tibi scribendum est: "Volo scire linguam Latinam" aut "Volo discere/cognoscere linguam Latinam/sermonem Latinum/Latinitatem".

4) "quaero, qui favere mihi possit": "qui" est pronomen relativum, sed tu eges pronomine interrogativo. Praeterea "favere" non id significat, quod vis dicere; tibi adhibendum est verbum, q.e. adiuvere aut adesse:

Ergo scribas: "Quaero, quis mihi adesse possit" aut "Quaero, quis me adiuvere possit".

HAEC HACTENUS, MI CARE ALDAIRE. MOX, SI VOLUERIS, CERTE PLURA. UTINAM STUDIA TUA LATINA TIBI OPTIME SUCCEDANT! **MEDULLITUS TE SALUTAT LEO LATINUS**

d.14. m.Iun. a.2023 h.20:29

### **Aldair Leoni Latino s.**

Salvus sis, Leo Latine! Me voco *Aldair Gomes* et sum *Angolensis (Angolia)* habeo 33 annos, nunc habito in *Hispania, Matriti*, et sacerdos sum ecclesiae Catholicae... didici linguam Latinam ex libris interretialibus deinde in seminario... Nunc, Matriti orbe, studeo philosophiae, volo discere linguam Latinam, scio parum, ideo quaero, quis me adiuvere possit, praeterea in themate de scribendo latine Gratias tibi ago pro correctionibus.

Ps.: Quae alias linguas loqueris? Ego loquor Lusitanam linguam et Hispanicam

### **RADULFUS LAVALLE BONAEROPOLITANUS**

d.15. m.Iun. a.2023 h.21:57

### **Radulfus Nicolao s.**

Nicolae doctissime, si semper scientiam tuam laudo, quid dicam de eruditione quoad "aereos" expressa? Ut vides, modo "Italico" usus sum. Adiectivum hypersonicum

plane ignorabam, ne mentionem aliorum vocabulorum ad aeromachiam attinentium faciam. - De pandemia, mea sententia: est vere pandemia, sed politicorum pandemia, quos in dies magis magisque mihi odio sunt, etsi Christi caritas non id me docet. - Camisia \*t-formis valde mihi placuit. Hispanico sermone "Rioplatsensi" (id es, Uruguaeos Argentinosque complectens) "remera" vocatur; id est, camisia ad remigandum, ad usum ludi nautici. - Vestem quam, ut credo secundum tuam Epistulam, iaccam nominant, hic "saco" nominatur; attamen in aliis "Imperii Hispani" partibus "chaqueta." - Unam rem a te peto: si est uranium depletum (quod ignorabam), estne etiam uranium expletum (hispanice "uranio enriquecido", uranium auctum)? - Res ironica: Augustus Imperator auspiciis auctus fuit; nos saepe stultitia televisifica depleti sumus. - Quid plura?

*Nicolae, mihi amice,  
semper me doces permulta:  
hodie, ut Parmenides ille,  
non curru divarum vehor  
sed potentibus aereis...  
res mira et plena timoris.*

## **Tuus, Radulfus**

d.20. m.Iun. a.2023 h.12:12

### **Nicolaus Radulfo sal.pl.**

Gratias plurimas pro litteris tuis prolixis, quas - ut verum confitear - sero demum inveni in distributorio meo cursuali. Habeas me excusatum. - "aereus" i.q. "aeneus" aut "aeratus" spectat ad aes, i.e. metallum ex cupro et stagno mixtum. Ne confundatur cum altero adiectivo, quod non incipit a diphthongo, sed a duabus vocalibus inter se seiunctim pronuntiandis (a-ereus, seiunctio phonetica potest indicari tremate ipsi "e" superposito). Hoc alterum adiectivum inest nomini urbis tuae patriae, q.e. "Bon-a-eropolis" (estne aer vester revera bonus?). - Elementum chemicum, quod hispanice appellatur "uranio enriquecido", Latine appellare ausim "uranium ditificatum" (a verbo ditificandi, i.q. aliquid dives facere). - Ceterum verbum deplendi (deplere, depleo, deplevi, depletum) revera est antiquum, i.e. invenitur apud auctorem Latinitatis antiquae et inest Thesauro Linguae Latinae, quod est Lexicon Latinitatis antiquae uberrimum et maxime scientificum. Cuius institutum principale est Monaci in capite Bavariae. Hoc lexicon invenies in interreti, si usus eris inscriptione electronica quae est: "TLL open access". - Haec hactenus, mi care Radulfe, mox, si volueris, certe plura; utinam pancreatico valeas et pergas mihi favere. - Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus.**

d.20. m.Iun. a.2023 h.17:07

### **Radulfus Nicolao s.**

Nicolae mi, mea urbs *Buenos Aires*, mea sententia, bonis aeribus gaudet. Nunc, hora quasi meridiana temporeque hiemali, circa 12 gradus nos suaviter refrigescunt. Certe,

*aereum* dixi ab *aere*, modo hodierno Italico. Gratias tibi ago, quoniam semper formam magis academicam, ut ita dicam, mihi monstras. Hodie in diurnario LA NACIÓN articulus legitur de missilibus Rutenis deque eorum velocitate; in tua EPISTULA quoque de hoc scribebatur. **Vale, Radulfus**

*Utinam, Leo Latine,  
Urbem meam tu visites:  
ptisanam tibi offeram  
Catullianosque sermones  
nostra in lingua Latina.*

## **MAXIMILIANUS PULCHER MYSTAGOGUS AUGUSTANUS**

d.14. m.Iun. a.2023 h 02.01

**Maximilianus Nicolao suo salutem plurimam dicit.**

Epistulam Leoninam accepi et valde delectatus sum. Proximo die Saturni (die 17. mensis Iunii) Augustae Vindelicum secunda ambulatio Latina huius anni fiet. Nuntii meteorologici mitem caeli statum fore indicant. Hora post meridiem secunda ad Portam Rubram (Am Roten Tor) conveniemus. Tu (fortasse cum amicis) si in illo loco adesses, vehementer gauderem. Cetera in pagina domestica mea scripta invenies: <https://maximilianus-schoen.jimdosite.com/> aut per telephorum: ---- Ceterum in animo habeo, ut proxima septimana in oppido Sendensi lacum nando incedam et balneo utar. Nam haec aestas ad natandum maxime invitat. Et lacus Sendenses ad eam rem maxime idonei sunt. Poteritne fieri, ut, cum occasio offeratur, te videam? Fortasse in caonam aliquam aut domum cafeariam convenire poterimus. Qui dies proximae septimanae tibi aptissimus erit?

**Vale multum!**

d.25. m.Iun. a.2023 h.19:24

**Maximilianus Nicolao Groß suo salutem plurimam dicit.**

Nescio, utrum proximas litteras electronicas, quas ad te dederim, acceperis an non acceperis. Nam ad litteras meas non respondisti. Utcumque res est, die Mercurii (die 28. mensis Iunii) in tuo oppido Sendensi ero, ut meridie sororem meam conveniam et cum ea prodeam in stagnum quoddam et natem. Nam haec aestas ad natandum maxime invitat. Et lacus Sendenses ad balneandum maxime idonei esse videntur. Quid, si nos duo die Mercurii ante meridiem in domum cafeariam (fortasse Cafe Brenner) aut aliam quamcumque cauponam, quae tibi placeat, conveniamus? Nam perlibenter amicus praesens te amicum praesentem salutabo et videbo. Nonne multa sunt, quae coram loqui et conferre poterimus? Dic, quaeso, quota hora et quod cafeum tibi placeat. Gaudebo. **Vale pancratice!**

d.25. m.Iun. a.2023 h.15:14

**Nicolaus Maximiliano optimo sal.pl.**

Carissime Maximiliane, ignoscas, quaeso, quod tam sero tibi respondeo. Doleo quod distributorium mei epistularum electronicum nescio qua de causa saepius me ita fallit, ut perdam epistolia electronica. Sed nunc cum invenerim et priorem et hesternam epistolium tui electronicum, gratias tibi ago pro verbis tuis benevolentissimis. Libenter te die Mercurii conveniam antemeridiano tempore, in cafeo Pistrinae Brennerianae, ubi fortasse poterimus foris sedere in platea, sub umbrella. Placetne tibi hora undecima (11h)? Nescio quidem, num faciem tuam statim recognoverim (vidi te tantum brevissime inter acroasin meam interretialem), sed spero te me recogniturum esse. Si vacabis, respondeas, quaeso, coneris solvere aenigma Russicum. Libenter respensionem tuam publicabo in EL 279. Utinam monstraciones tuae Augustanae tibi succedant felicissime! **Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus**

d.26. m.Iun. a.2023 h.22:37

**Maximilianus Nicolao salutem plurimam dicit.**

Bene! Optime convenit. Die Mercurii circa horam undecimam in cafeo Pistrinae Brennerianae foris in platea sub umbrella ero. Tam multos Latinistas adfore non puto, ut non sim recognoscendus. Sexaginta annos natus sum, semicalvus, perspicillatus. Peram lividam mecum habebo. Maxime laetor, quo te videbo. **In proximum!**

d.27. m.Iun. a.2023 h.16:31

**Nicolaus Maximiliano s.**

Bene! Ceterum nescivi te iam aetate proveciore esse. Habeo 67 annos, etiam sum perspicillatus, parvae staturae, crassiusculus, capilli sunt modicae densitatis, tenue subium sive mystax mihi est coloris candidulo-grisei; de dorsi mei curvitate obliquê sedendo effecta uxor mea queri non desinit. Studeo quidem dorsum corrigere, sed *sêro sapiunt Phryges et qui non est hodie, cras minus aptus erit.* Fortasse recordaris imaginem mei acroasin interretialem facientis. - Ceterum Epistulae Leoninae 279 finem impositurus etiam paginam praeconationis tibi dedicavi, ubi apparent *Mercurius Augustanus* et inscriptio tua electronica. Mox videbis. Si quid scribere volueris, libenter imponam proximae EL 280. Vale semper, bonum vesperum, faciamus ut cras h.undecima apud Ustorem inter nos videamus. Medullitus te salutat **Nicolaus Leo Latinus**

d.27. m.Iun. a.2023 h.22:18

**Maximilianus Nicolao s.**

Memini imaginem tui acrosasin facientis. Sed tum splendida specie ac forma videbaris. **Ad crastinum!**

d.28. m.Iun. a.2023 h.20:58

**Nicolaus Maximiliano suo optimo sal.pl.dic.**

Gratias plurimas pro colloquiis iucundissimis! Ceterum vera amicitia veraque fraternitas facile patitur etiam dissensiones; si semper solum est consensus

colloquentium, irreperit quaedam monotonia molesta; dissensio et contradictio mihi videntur esse sal et piper, quibus conditur sorbitio vitae. Quid tibi videtur, Maximiliane carissime? Vale semper pancraticê et perge mihi favere. Medullitus te salutat **Nicolaus**.

d.29. m.Iun. a.2023 h.16:50

**Maximilianus amicus Nicolao, amico praestantissimo, salutem plurimam dicit.**

Certe tu quoque rursus in opera et opere es. Perseveremus in studiis Latinis nostris! Variantes sententias opinionisque amicitia heri facta sustinebit. Vidisti me etiam cum Margarita sorore de eadem re dissentire et tamen caritatem fratris sororisque inter nos esse.

Post discessum nostrum cum Margarita ad lacum processimus balneaturi. Sed quia balneator lacum custodiens non aderat naturalisque natatio (lacus) saepe cincta et occlusa fuit, in manu facta natatione (piscinae) natavimus. Soror me certamine natatorio duorum spatiorum vicit, quamvis ego alterna brachia ducerem, soror ranae more nataret. Deinde coniunctis passibus secundum Hilaram ad Ludwigsfeld vicum ambulavimus et ibi in autocinetum laophorum conscendimus.

Margarita conventum Sendensem iterare cupit. Et ego idem cupio. Quid tu existimas, Nicolae? Nos mense Iulio aut mense Sextili (dum aestas est) iterum in thermopolium Brennerianum conventuros esse, lingua Latina collocuturos esse, me et sororem postea ad piscinam processuros esse? Nonne bonum consilium esse tibi videtur? - Linguae Latinae mobilitate et celeritate a te, natationis mobilitate et celeritate a sorore facile vincor. Exercitabo, ut in utraque re melior fiam. Sancte polliceor. - **Vale multum et tu quoque perge mihi favere!**

d.29. m.Iun. a.2023 h.17:08

**Nicolaus Maximiliano suo optimo sal.pl.**

Litteris tuis afficis me magno gaudio. Libentissime proxima occasione data vobiscum colloqui pergam. Ceterum modo ultimam limam imponam Epistulae Leoninae 279, cui iam inserui epistulas tuas Latinas, hac inclusa. - Mihi semper cordi est talia documenta Latinitatis vere vivae publicare. Itaque instanter te rogo, ut mihi permittas hoc facere. Mea quidem sententia nulla insunt secreta privatoria, quam ut publicentur. Quid sentis? Scribe statim, quia mox publicabo. Gratias in antecessum. Margaritam tuam sororem amabilem saluta a me medullitus. Haec raptim, mox, si volueris, certe plura. **Nicolaus**.

d.29. m.Iun. a.2023 h.17:22

**Maximilianus Nicolao s. Imprimatur! :-)**

d.29. m.Iun. a.2023 h.17:36

**Nicolaus Maximiliano s. Gratias plurimas ! NIC.**

## MAURUS PISINI POETA LAUREATUS

d.15. m.Iun. a.2023 h.19:12

**Maurus Nicolao s.**

*Epistulas Leoninas* novissimas, Nicolae, laetus accepi et iam nonnullas magna cum delectatione perlegi, non autem omnes. Quod certe diebus venturis faciam. Parce igitur mi, si raras tibi epistulas mitto, at easdem scribere mihi magno est labori, quippe cum in hoc genere dicendi parum sim versatus. Malo autem, ut scis, vel carmina vel narrationes concinnare quae meum animum moveant, aut ex eodem mi sua sponte oriantur.

Nam, cum versus scribo, me ipsum in illis aveo scrutari, dum cogito de me deque iis omnibus quae mihi vera dictu videantur. Non fabulis alliceor, sed iis rebus praesertim e quibus vita cotidiana constat et unde poesis facile exurgat, etiamsi humiles per se ipsas sint. Qua in re facienda caveo, quantum possum, poesim Latinam academicam persequi quae, ex antiquorum vatum operibus perperam sumpta, rhetoricae lenociniis solet gravari vel nimium tritis dicendi modis, at classicorum metrorum structuram, aut etiam alias quas ipse plasmo, ad aequalium meorum naturam conor aptare et, ita, innumeras naturae species describo quae eam et matrem et novercam una simul esse testantur, humani fati impietatem, inconstantiam, crudelitatem narro atque alias hominum condiciones quae, nostris hisce annis, iugiter immutantur. Adgredior quoque canendo amicitias, amores, aequalium meorum psychologiam, spiritales sese excolendi conatus, cogitandi mores probandos, improbandos nec non varios animorum motus qui recentiore scribendi artem informant, vel quodamtenus eandem sapiant.

Summopere autem delector cum illud poesis genus pangere enitor quod, et sententiarum et imaginum ope, ultra verba progredi valeat et linguam eo usque flectat ut in animum legentis, tamquam res omnino nova neque prius audita, ingredi valeat. Non omnia statim dico, sed pedetemptim atque ea tantum quae secretum mei carminis fulcrum adumbrent, vel cum rebus funditus consonent, ut lector qui textum meditetur aut suam ab ipso sentiendi diversitatem aut aliquam cum eodem consonantiam inveniat.

Haud raro, tamen, quaedam saltem quae vita nostri temporis suadeat mihi in versus patentiores inserere studeo. His de causis, eo huc illuc, ubi hominum vita fervet, materiam carminum quaesitum. Quod vero non est ita pervium neque admodum arduum, sed ex casu pendet, ne dicam ab iis omnibus quae, quamvis fortuito fiant, tamen, mihi uni apparata sentiam. Ipsa, interdum, in imis, me inscio, latitant, saepius, autem, qua sum natura, mi sua sponte manifestantur et versus statim fiunt aut Latini, aut Graeci, (nam, hac quoque lingua aliquid scriptito, etsi nil unquam foras dedi), aut Italici. Sed de his hactenus ...

Ad tua interrogata veniens, valde doleo Ioannem Carolum Rossi et temet ipsum de rebus tam doctis disserentes audire me non potuisse, partim quia domesticis negotiis eram intentus, partim quia valetudine parum firma impediabar. Praeterea, tibi aperte fateor me zoomianis acroasibus, licet sint utiles, parum delectari, utpote cum mi

magnam lassitudinem brevi adferant. Malim enim doctos amicos, cum detur occasio, viva voce loquentes audire, potius quam eosdem per album vitreum computatri aspicere, vel ante microphonium suis de argumentis disceptantes. Cum autem hoc saepe fieri nequeat, aut instrumentum huiusmodi adhibere cogor, aut delectabilibus auditionibus carere.

De abstractismo, qui dicitur, a me aliquid sciendum petieras ac tibi facile respondeo hoc, mea sententia, esse singulare picturae genus quod valde diligo quodque artem cognitu arduam puto, at indolis subtilioris qua motus animi vel compositi vel incompositi, utut sunt, possunt ex abrupto penicillo effingi, haud secus ac illi quos in miris Picassonis operibus aliorumque artificum magni nominis saepe videmus egregie delineatos, quin etiam abstractismum meram sensuum grammaticam putem, qua usus, pictor incognitam sibi quoque colorum syntaxim in tabulis suis conatur instruere. Ideo, hanc esse artem summi ponderis, modernae poesi proximam, nil dubito adfirmare eiusque obtrectatorum opiniones ex altioris intellegentiae defectu oriri arbitror.

Cum igitur, hoc loco, ad meae epistulae umbilicum pervenerim, nil restat mi nisi ut, inceptis tuis favens nec non iis omnibus qui hanc leoninam litterarum palaestram participant, tibi prospera omnia eventura exoptem.

***Fauste valeas!***

d.17. m.Iun. a.2023 h.10:05

**Maurus Nicolao s.**

Duos ante dies, carissime, misi ad te textus meos. Accepistine? Id enim prospere factum esse confido. Sin aliter, eos ad te iterum mittam. **Vale.**

d.17. m.Iun. a.2023 h.15:24

**Nicolaus Mauro s.**

Accepi carmina et epistulam tui, gratias plurimas, care Maure, et mox publicabo opuscula tua libentissime. Iam responderam; miror, quod epistulam non accepisti. Sed nunc bene spero te accepturum esse verba mea. Estne ita? Vale semper, Nicolaus **Leo Latinus**

d.17. m.Iun. a.2023 h.17:24

**Maurus Nicolao s.**

Responsonem tuam hodiernam valde laetus accepi, non autem illam priorem quam heri scripseras. Qua de re nulla fit quaestio. Sunt quoque computatrum mysteria ... **Vale.**



## NAEVIUS SARTORIUS

d.14. m.Iun. a.2023 h.20:49

**Nicolaus Naevio s.**

<https://www.mmnews.de/politik/200083-bundesweite-razzia-wegen-hasspostings-im-internet>

Nonne est ista actio malevola et insidiosa et hypocritica - nonne volunt resistantiam suppressere - quid sentis? Ceterum quid de *Aiwanger*? Qui subito dicit apertê nobis democratiam esse recuperandam - ergo dicit implicitê nobis nunc non iam democratiam esse. Itaque illa ministra circumiectorum postulavit, ut *Aiwanger* munere suo privaretur. Quid tibi videtur? Estne etiam *Aiwanger* hypocrita, vultne Alternativis electores abducere? An est sincerus agricola vaccinari? Quid sentis?

**Vale, NIC.**

d.14. m.Iun. a.2023 h.21:34

**Naevius Nicolao s.**

Semper solebam dicere: odium per se non placet, sed licet. Ea actione repressio quaedam procul dubio efficitur. - *Aiwanger* certe orator optimus **non** est, sed puto eum virum sincerum esse; ni fallor dixit "**maioritati tacenti**" *democratiam esse recuperandam*". Propter eam rem non vituperandus est. Clamor hypocriticus Prasinorum nunc magnus est; certe student capere occasionem et illum *Aiwanger* - quasi partem pro toto - diffamare, scientes multos cives perspexisse furorem prasinum et magna voce eum recte vituperare. Timent ne amiserint benevolentiam populi. **Vale, N.**

d.14. m.Iun. a.2023 h.23:42

**Nicolaus Naevio s.**

[https://www.youtube.com/watch?v=WYo\\_U2KLaD0](https://www.youtube.com/watch?v=WYo_U2KLaD0)

So you can't tell me that Ukraine should win the war? HARDtalk with Peter Szijjarto

*Stephanus Britannus* inflatulus interdum videtur oblîtus esse aetatem *Caecilii Rhodessii* iam pridem transactam esse... Hoc animadverti etiam cum audirem eum cum Africano illo colloquentem..

*Sackurius* perseveranter deditus est fabellae *Putini* aggressoris primi et alterius *Napoleonis* aut *Adolfi*... necnon *Selenskii* herois defensoris patriae suae et propugnatoris libertatis nostri. Sunt fabellae "*narrativae*" et mendacissimae a veritate remotissimae. *Victor* et *Petrus* primo omnium salutis propriae gentis prospiciunt. Nolunt gentem suam sacrificare, ut marsuppia globalistarum compleant. Hac ratione multisque aliis *Olao Oblivioso* et *Roberto Pauperatori* longê praestant. - *Petrus Hungarus* optimê mihi restitisse videtur arrogantiae Britannicae. Quid sentis? **NIC.**

d.15. m.Iun. a.2023 h.07:12

**Naevius Nicolao s.**

Bene scis illum *Petrum Szijjarto* mihi semper optime placere; clare solet loqui, urbanus est, curat reis publicis terrae suae - longe aliter ac iste *Robertus* "*servare volo mundum, vomitare debeo in patriam*" *Habeckius* et eius caterva prasina. **N.**

d.16. m.Iun. a.2023 h.09:53

**Naevius Nicolao s.**

[https://www.youtube.com/watch?v=ukf\\_ZEt8\\_9w](https://www.youtube.com/watch?v=ukf_ZEt8_9w) <https://www.youtube.com/watch?v=MgQ1ru1Iu6Y>

Katharina Schulze: Aiwanger ist ein "geistiger Brandstifter"

Ille *Kolja "Aktien mit Kopf"* eam causam turpem etiam optime demonstravit. Ista *Catha SUPERPRASINA* mente capta esse videtur; spectra eius ôs distortum! **N.**

d.16. m.Iun. a.2023 h.12:24

**Nicolaus Naevio s.**

Quae mihi semper verê stulta esse visa est. Nihil nisi verba vana exclamat: nullum argumentum. Et ista Megaera ipsissima provocat ad democratiam et bonos mores! Et eximiê laudat Habeccium tanquam servatorem terrae, quia calamitas summa (pandysselectria = defectus fluenti electrici totalis), quam is stultitiâ suâ paene effecerat, magis a Fortunâ quam ratione Habeccianâ aegrê evitata est. **Vale, NIC.**

d.16. m.Iun. a.2023 h.12:40

**Naevius Nicolao s.**

Denuo clarissimum est Prasinos esse sectam pseudo-religiosam. Audivistine finem verborum illius *Kolja*? Qui demonstravit Prasinos ista lege horribili curare, ut deminuant indigentiam energiae in Germania tota. Hoc est - ut *Rogierius Helvetius* dicere solet - "*Planwirtschaft ohne Plan*". **Vale, N.**

d.18. m.Iun. a.2023 h.08:26

<https://www.zdf.de/nachrichten/politik/steinmeier-gedenkstunde-ddr-volksaufstand-17-juni-100.html>

**Naevius Nicolao s.**

ETIAM hîc potes videre missam politicam aliam cum sacerdote nôto notorioque DENUO nesciente historiam. **Vale, N.**

d.18. m.Iun. a.2023 h.09:04

**Naevius Nicolao s.**

Specta hunc locum orationis: 52:00 ... Nescio an iste orator pessimus revera credat sua verba; revera intolerabilia sunt; *pro forma* non habemus dictaturam, sed *in re*?

Num civibus licet dicere coram publico

- se apostatas esse (quod attinet ad religionem climatis)
- Alternativos solam factionem esse resistentem politicae insane prasinae
- Alternativos a quasi omnibus politicis aliarum factionum iniuste diffamari
- istum Haldenwangium ne servare constitutionem sed gubernationem
- "Woceismum" esse pseudo- et supermoralitatem
- EKD esse quasi partem factionis prasinae
- in ideis prasinis esse nucleum totalitare
- Selenskium non Democratam, sed tyrannum esse
- bellum in Ucraina habere praehistoriam longam, in qua USA NATOque magni (et mali) momenti erant (et adhuc sunt)
- in re publica nostra ubique signa totalitarismi tempore coronario apparuisse et a potentibus probata esse

- migrationem non moderatam efficere pericula multa et impensas ingentes ...?  
 Si quis haec omnia publice diceret, hostis rei publicae haberetur. Certe, supplicio non afficitur, sed *separatione sociali oeconomicaque*; hoc dicam "*supplicium sociale*".  
 Hoc non est *libertas*, sed *totalitarismus*.

d.19. m.Iun. a.2023 h.20:25

[https://www.youtube.com/watch?v=wF1sWpg23\\_o](https://www.youtube.com/watch?v=wF1sWpg23_o)

Sie bekämpfen die Freiheit! - Kay-Uwe Ziegler - AfD-Fraktion im Bundestag

**Naevius Nicolao s.**

Perplacet, ille **Ziegler** est vir prudens fortisque. Habet illam virtutem eorum hominum rem publicam socialisticam scientium. Ille **Sichert** certe orator bonus est, sed semper magna voce et verbis acerrimis loqui solet. Scio eum tibi placere, sed saepe nimis fortiter in modo esse videtur ... de gustibus non disputandum est. **Vale, N.**

d.19. m.Iun. a.2023 h.21:08

**NICOLAUS NAEVIO S.**

**Martinus Sichert** rebus valetudinariis, praesertim pseudopandemicis atque pseudovaccinatoriis, admirabili cum diligentia, industria, subtilitate studuit pernoscendis, materias virologiae et nosologiae et oeconomiae nosocomialis intricatissimas clarissime atque dilucidissime explicat explanatve, orationes habet disertissime. Indesinenter atque indefatigabiliter curat fovet adiuvat homines circuli sui electorii. Quod attinet ad modum in Conventu Foederali dicendi haec sentio quae sequuntur: OPPOSITIO DEBET AGGREDI INVEHI IMPETUM FACERE... NOLI OBLIVISCI PRASINOS PRASINATOSQUE OMNES ESSE SIMIOS IN PURPURÂ AVARISSIMOS ET STULTISSIMOS ET IMPUDENTISSIMOS!!! RECORDARE VERBA GOETHEI: "*So sei doch höflich!*" – *Höflich mit dem Pack?/ Mit Seide näht man keinen groben Sack.*" [Johann Wolfgang von Goethe](#) (1749 – 1832) Quelle: Goethe, J. W., Gedichte. Nachlese. Zahme Xenien, Kap. 8, Axiom

Itaque foedum et indecorum mihi videtur famam Martini viri probissimi obscurare.  
 HAEC HACTENUS; MOX CERTÊ PLURA. VALE, NICOLAUS.

d.19. m.Iun. a.2023 h.21:19

*Ah, Verwechslung! Ich meinte natürlich nicht Martin Sichert, sondern Martin REICHARDT. Sichert ist in der Tat extrem kundig und sehr sachlich. REICHARDT poltert gerne, <https://www.youtube.com/watch?v=U1tP78J7Q74> ich sehe aber gerade: er war Offizier - das erklärt vielleicht den Kasernenhofton.* **N.**

d.19.Iun. a.2023 h.23:57

<https://www.youtube.com/watch?v=0Bksz71fbN8> Jeder Fünfte: Menschen erklären, warum sie jetzt AfD wählen | Achtung, Reichelt! vom 12. Juni 2023

**Nicolaus Naevio s.**

Si cum aliis relationibus comparo de Alternativis factis, eadem aliquatenus obiectiva est. Tamen offendunt animum meum locutiones quales sunt: "*eine Partei, die auch Rechtsextreme in ihren Reihen duldet*"--- Quid hoc sibi vult? *Höcke* non est extremista! Hoc pro certo habeo, postquam aliquot decurias orationum eiusdem audivi!

d.20. m.Iun. a.2023 h.09:00

### **Naeuius Nicolao s.**

Ille *Ursus* nuper habuit orationem sane subtilem; de condicione rei publicae nostrae locutus est, quam habuit limen quoddam totalitarismi. Dixit eam "*rem publicam animi*" - Theodisce: "*Gesinnungsstaat*".

Verba velut "*rechtsextrem*" imprimis sunt verba pugnatoria; iurisconsulti solent dicere verba talia "*unbestimmte (Rechts)begriffe*"; praefero dicere ea "*wertungsabhängige Begriffe*". Longe aliter ac definitiones mathematicae formales ea verba non possunt definiri conclusionibus logicis, sed necessarium est eorum contentum modo pensandi ("*Abwägung*") statuere. Patet illa methodo resultata certa numquam effici posse; itaque etiam apparet potentes talibus verbis semper abûti posse. Verba illa etiam possunt habere quandam notionem politicam - etsi solum res iuridica agitur. Haec exempla historica iniucunda bene scis: "*Klassenstandpunkt*", "*Wehrkraftzersetzung*", "*gesundes Volksempfinden*". Constitutiones magna ex parte talibus verbis compositae sunt: "*Menschenwürde*", "*Verhältnismäßigkeit*"; etiam in iure civili inveniuntur: "*Sittenwidrigkeit*", "*Treu und Glauben*". Sunt vagissima; ut collega Anglus scripsit, ea sunt "*dummy standards*". Cum politicus verbis velut "*rechtsextrem*", "*marktradikal*" utitur, non argumentum agitur, sed connotatio verborum - efficere vult quandam auram.

Ille *Reichert* bene demonstrat furorem prasinum nobis eo tempore instantem; emissiones eius placent - sed solum in vestibulo suo et sui mandatoris se movere solet. Umquamne invitavit politicos Alternativorum? Quamobrem concludere audeo mandatorem eius esse conservativum Christianodemocraticum diligentem etiam factionem illius *Lindnerii*. Recordarisne *Iulianum* olim laudavisse illam *Franca* *Lehfeld* diurnariam? "*Optimam*" eam dixit. Cur id fecit? Bene scit eam uxorem illius *Lindnerii* esse. [Et quid dicam de eo? Apparet eum habere sartorem optimum. Vestes eius perplacent...]. Opportunistam *Iulianum* non dicere volo, sed illud proverbium theodiscum valet etiam in eum "*Wes Brot ich ess, des Lied ich sing*". (*Pascentem sequor*). **Cura ut valeas VN**

d.20. m.Iun. a.2023 h.11:50

### **Nicolaus Naevio s.**

Perplacent mihi ea quibus explicas usum verborum consulto vagum et parum definibilem, quo sophistae solent sermonem suum obscurare, ut in hominum cerebra ideologiam suam furtim subintroducant. Quem usum *Popper* iam vituperavit in *Habermasium* invehens. Verba tua libentissimê inseram proximae Epistulae Leoninae, ut lectorum oculi aperiantur subtilitate tuâ iuridicâ. Quod attinet ad *Iuliani* sensûs et fines, quantum apparent ex eius dictis factisque, non possum, quin tibi assentiar; reverâ quamquam multa dicit Alternativorum verbis simillima, tamen eos ipsos vix umquam commemorat. Eos non directê vituperat, sed *e silentio* licet concludere *Iulianum* non esse eorum electorem. Ille iuvenis, quem videtur mandavisse, ut Alternativae factionis electores interrogaret, haud malevolê mihi videtur referre, tamen vexat me faciens verba inepta et iniqua qualia sunt:

"...quamquam ista factio in circulis suis patitur homines apertê dextri-extremisticos", nec ullo modo quaerens, num quid indicii veri inveniatur, quo nitatur ista opinio stultê praeopinata. Si *Iulianus* ipse reverê quoquomodo vitam degit frustulis *Lindnerianis*, miseret me eius; sed si îdem credit statum rei publicae nostrae calamitosum aliquo modo meliorem fieri posse studiis illius *trossuli* pseudoliberalis modico tantum captu intellectuali praediti, equidem non possum quin quam vehementissimê desperem de ipsius *Iuliani* intelligentiâ atque peritiâ. **Vale semper, NIC.**

d.20. m.Iun. a.2023 h.13:19

**Naevius Nicolao s.**

Gratias magnas tibi ago. Haec raptim adicere volo: Sophistae velut iste *Habermasius consilio* solent âti verbis vagis et creare verba mira, ut cogitationes tritas obscurant - sed necesse est legislatorem verbis vagis uti.

**Primo**, legislator non potest casum quemque praevidere - semper casûs novi singularesque emergunt et emergent.

**Secundo**, iam prius legislator studuit legem perfectam creare, sed eo modo naufragium maximum fecit. Ille "*Allgemeines Landrecht für die Preußischen Staaten*" ([https://de.wikipedia.org/wiki/Allgemeines\\_Landrecht\\_f%C3%BCr\\_die\\_Preu%C3%9Fischen\\_Staaten](https://de.wikipedia.org/wiki/Allgemeines_Landrecht_f%C3%BCr_die_Preu%C3%9Fischen_Staaten)) codex ingens fuit continens paene XX milia paragraphorum! Creatores frustra studebant legem tam claram facere, ambiguitatem quamcumque vitare, ut iudex normas lēgis quasi mechanicê adhibere posset. Patet creatores lēgis illius eum finem numquam pervenire potuisse. Hoc erat idea (falsa) positivismi summi illius aetatis.

**Tertio**, omne verbum vagum est; in casibus quibusdam etiam verba quae clara esse videntur - velut "*Eigentum*" vel "*Sache*" - ambigua esse possunt. Exempla trita do: Estne nix res? Estne corpus hominis mortui res? **Vale semper VN**

PS **trossulus**: id verbum a me hodie primum lectum perplacet! *Dandy, Modenarr!*

d.20. m.Iun. a.2023 h.14:03

**NICOLAUS NAEVIO S.**

QUIS AIWANGERI ET SÖDERI INDOLEM ET FINES ET EFFECTÛS MELIUS EXPLICAT? UTRUM *TIMO FRASCHIUS* AN *VOLFGANGUS HÜBNERUS*? AN TU HABES TERTIAM ANALYSIN MELIOREM? QUID CENSES, INDAGATOR SUBTILISSIME???

(1) ANALYSIS FRASCHIANA: <https://www.faz.net/aktuell/politik/inland/nach-erding-soeder-distanziert-sich-von-aiwanger-18975467.html>

(2) ANALYSIS HÜBNERIANA: <https://www.pi-news.net/2023/06/soeders-afd-bremse-hubert-aiwanger/>  
Söders AfD-Bremse Hubert Aiwanger

d.20. m.Iun. a.2023 h.14:24

**Naevius Nicolao s.**

Raptim respondere debeo. Pro certo habeo *Margum Frangum* illi *Aiwangerio* plausûs magni Erdingiensis invidere; tam clare loqui ei eo tempore non licet. Iste *Margus* etiam novit multos cives eum non iam diligere propter politicam coronariam horribilem; quamobrem certe intellexit *Aiwangerium* et eius "*Electores Liberos*" sibi

necessarios esse potestatis politicae obtinendae causâ... Itaque *Hübnerus* analysisin meliorem fecisse videtur. **Vale semper VN**

d.20. m.Iun. a.2023 h.15:37

<https://www.swr.de/swraktuell/baden-wuerttemberg/ulm/haftbefehl-prozess-arzt-coronaimpfung-skandal-wemding-100.html>

**NICOLAUS NAEVIO S.**

*QUIS HOC POTES VIDERE QUIS HOC POTES PATI???* HEROES PUNIUNTUR HONORANTUR FURCIFERI. VERISIMILE EST HUNC MEDICUM NON PAUCOS HOMINES SERVAVISSE A MORTE AUT A MORBO GRAVISSIMO. NUNC ACCUSATUR ET FAMA EIUS OBSCURATUR....

De isto casu tantopere indignor, istâ hypocrisi scelestissimâ bilis mihi commovetur vehementius, quam ut pergam scribere: Si vacaveris, iudica tu ipse et scribe quidquid tibi in buccam venerit. **NIC.**

d.20. m.Iun. a.2023 h.14:24

**Naevis Nicolao s.**

Modo reveni; bene intellego te indignari de ea causa, sed ille medicus recte accusatur; fraudem commisse videtur (*Abrechnung*), at imprimis agitur de de hac norma:

§ 278 Ausstellen unrichtiger Gesundheitszeugnisse

(1) Wer zur Täuschung im Rechtsverkehr als Arzt oder andere approbierte Medizinalperson ein unrichtiges Zeugnis über den Gesundheitszustand eines Menschen ausstellt, wird mit Freiheitsstrafe bis zu zwei Jahren oder mit Geldstrafe bestraft.

(2) In besonders schweren Fällen ist die Strafe Freiheitsstrafe von drei Monaten bis zu fünf Jahren. Ein besonders schwerer Fall liegt in der Regel vor, wenn der Täter gewerbmäßig oder als Mitglied einer Bande, die sich zur fortgesetzten Begehung von unrichtigem Ausstellen von Gesundheitszeugnissen verbunden hat, Impfnachweise oder Testzertifikate betreffend übertragbare Krankheiten unrichtig ausstellt.

Fortasse servavit nonnullos homines a morbo, sed methodus eius nec legalis nec legitima est. Absolute necessarium est omnes homines confidere posse testimoniis medicorum et magistratum. Num tu litteris testabaris discipulos tuos optime Latine legere et loqui posse, si hoc verum non erat? Num ego litteris testor studentes meos probatos esse, etsi nihil de iure sciunt? Si medici solent depravare talia testimonia in aliis causis (discipulus non vult in scholam ire, sed non aegrotat) num eis in posterum confides? - Eo modo ille medicus bonam fidem publicam in talia testimonia laesit. Si inoculationem coronariam non probat, eam omittere debet, eam omittere debuisse. Exitus ("*fortasse servavi homines a malo*") acta non semper probat. **Vale semper VN**

d.21. m.Iun. a.2023 h.17:13

<https://www.pi-news.net/2023/06/bochum-arzt-wegen-falscher-impfbescheinigungen-ein-jahr-in-u-haft/>

<https://magentacloud.de/s/nJ5Ms6y9tqA6kAa> - <https://journalistenwatch.com/2023/06/21/schauprozess-arzt-sitzt-seit-einem-jahr-wegen-falscher-impfbescheinigungen-in-u-haft/>

**Naevis Nicolao s.**

Certe, custodia Henrici nimis longa esse videtur. Sed dicas mihi, quaeso: Si falsatio testimoniorum medicorum (§ 278 codex poenalis) via et resistentia legitima est, estne etiam via agglutinatorum climaticorum (§ 240 codex poenalis - *Nötigung*) legitima? Putasne ius poenale eas res distinguere posse et debere? **Vale, VN**

d.21. m.Iun. a.2023 h.20:55

**Nicolaus Naevio s.**

*Sahra* vult factionem condere propriam et *Alternativis* adversari iisdemque electores abducere - Nonne hōc modo resistentia diffinditur et debilitatur? Nonne in fine definitē vincent *Prasini* et *Prasinati* - et occasus occidentis erit perfecta???

<https://www.mmnews.de/politik/200424-wagenknecht-zeigt-verstaendnis-fuer-geplante-afd-kanzlerkandidatur>

Wagenknecht zeigt Verständnis für geplante AfD-Kanzlerkandidatur

d.21. m.Iun. a.2023 h.22:17

**Naevius Nicolao s.**

Ita est. Resistentia politica eo modo certe non firmatur. *Sahra* mihi sane dogmatica esse videtur. "*Das ist eine Partei für wirtschaftliche Vernunft, für soziale Gerechtigkeit, für Liberalität und Meinungsfreiheit*" - haec optime sonant, sed verba ea eius sane vaga sunt. Et ubi sunt sodales eius? *Sahra* sōla factionem non condere potest. *Dehm*? Ille Bavarus *Ernst*? **Vale, VN**

d.22. m.Iun. a.2023 h.15:27

<https://www.youtube.com/watch?v=znc0pAj5sgY>

Politisch gescheitert: Vielleicht wird Merz bei Blackrock noch gebraucht... Dirk Brandes -AfD-Fraktion

**NICOLAUS NAEVIO S.**

Novistine eum? Nomen eius est *DIRK BRANDES*. Ego ignoraveram; sed verbis eius auditis non possum, quin dicam etiam hunc *Alternativum* esse excellentem! Audivistine *Aliciae* orationem incredibiliter bonam???

**Vale semper, NIC.**

d.22. m.Iun. a.2023 h.18:07

**Naevius Nicolao s.**

Audivi *Marianam*, *Aliciam* et illum *Dircum*. Perplacent! **Vale, N.**

d.22. m.Iun. a.2023 h.18:42

**Nicolaus Naevio s.**

Cinematia interretialia aspectans, quibus solet agi de rebus politicis, non possum, quin ex te quaeram rem absurdulam, tamen molestissimam: Ex aliquantulo temporis me vexat quaedam praeconatio commercialis, quâ semper semperque interrumpuntur cinematia politica: quidam blatero non desinit praedicare - o mira absurditas - quandam lagunculam odoratam, quâ bibitur aqua potoria: "AIR-UP". Quisnam aquam bibere vult quâdam fragrantia infectam???

Num exstat - medius fidius! - quaedam cohaerentia inter istam praeconationem stupidissimam et - ut aiunt nostrates - *illam suem novissimam per vicum agendam* (i.e. "*narrativum*" novissimum, quod cerebro nostro inculcatur): infernalis fervor et siccitas putativae mutatione climatis putativê anthropogenâ effectae???

Enecat me ista ridicula laguncula odorata!!! Quid tibi videtur? Iamne vidisti hanc praeconationem commercialem? "AIR-UP"!!!

Tamen vale semper pancreaticê! **NIC.**



d.22. m.Iun. a.2023 h.19:22

### **Naevius Nicolao s.**

Illam praeconationem commercialem scio, sane mira est; aqua non est infecta, est fallacia quaedam sensuum: Hic explanatur:

<https://de.air-up.com/pages/tndn-t1-t3?bottle=bottle-set-charcoal-grey&pod=apple-pod-3-pcs-vss&step=start>

Die Wissenschaft nennt es: "Retronasales Riechen". Und wir nennen es: "Duftbasierten Geschmack". Bei uns Menschen entsteht Geschmack zu einem großen Teil über unsere Geruchsrezeptoren, wo unser Gehirn den Geruch letztendlich als Geschmack interpretiert. Das machen wir uns zunutze: Die Aromen unserer Pods werden beim Trinken als Geschmack wahrgenommen.

Recte, nimis saepe illa praeconatio emittitur, itaque mihi etiam molesta est - etsi confiteri debeo eam aliquatenus bene factam esse. Verba illa "Es ist keine Wasserflasche" et vox illius oratoris invisibilis optime mandant nuntium commercialem memoriae.

Paulum indignor illos mercatores Monacenses (<https://de.air-up.com/legal-notice>) quasi abûti modis aeternis et pulcherrimis illius BACH: "AIR"- (BWV 1068). <https://www.youtube.com/watch?v=xp3bes54vr4> Cohaerentiam illam non video; meâ opinione illi mercatores solum student lucrum facere... Multi comites filii mei iam diu habent illam langunculam. Est solum id quod theodiscê dico "Trend". VN

d.22. m.Iun. a.2023 h.22:49

<https://www.youtube.com/watch?v=yzeSrZzDRT4> Baerbock stellt neue nationale Sicherheitsstrategie vor.

### **Naevius Nicolao s.**

Scisne an gubernationem legem novam ferre et normas novas iuris poenalis creare spectantes ad "deinformationem" velit. De eo ille *Raue* nihil dicit. Adhuc *deinformatio* per se non punitur. Recte statuitur hoc:

<https://www.faz.net/aktuell/politik/politische-buecher/fake-news-wo-sind-die-grenzen-des-strafrechts-17877079.html>

Nach jetziger Rechtslage können sich die Autoren (politischer) Fake News wegen **Beleidigung** oder **Volksverhetzung** strafbar machen – dies allerdings nur, wenn sie explizit geschützte Rechtsgüter gefährden. Das ist bei vielen Falschnachrichten allerdings nicht der Fall.

Quod attinet ad condicionem legalem ille *Raue* videtur rem eam in maius extollere et simplicius reddere. Dicit homines "deinformationem" dissipantes quasi automaticè puniri et gubernationem stautere quid "deinformatio" sit. Condicio tam simplex non est. Sed certe recte statuit haec omnia esse signa **politica** horribilia. **Vale, N.**

d.23. m.Iun. a.2023 h.12:12

[https://www.youtube.com/watch?v=4Y4UPh0\\_5PU](https://www.youtube.com/watch?v=4Y4UPh0_5PU)

Die Linken-Ikone: Sahra Wagenknecht und ihre Parteifeinde | SPIEGEL TV

### **Nicolaus Naevio s.**

*Sahra* talis qualis semper, et *Specularii* conatûs eius famam obscurandi nullo modo contigit. In fine senex ille dixit id quod nos quoque sentimus: Sibi placere verba *Sahrae*, sed eandem iniquê iudicare de *Alternativis*. Et *Sahra* denuo commemoravit *Alternativae* factionis "marginem dextrum" putativum, i.e. nacistas illos putativos, qui sibi in istâ factione insidiari videntur.

Quid dicam? Num homo qui est mente tam illuminatâ, de aliquâ re tam obscurê cogitare potest? Ipse *Lynceus* qui fuit Argonautarum omnium visu acerrimo, habuit maculam caecam. **Vale, NIC.**



d.24.m.Iun. a.2023 h.19:25

**Naevius Nicolao s.**

De *Merzio* et *Vasto*: [https://www.focus.de/politik/deutschland/zwei-merz-saetze-zeigen-wie-der-cdu-chef-die-nerven-verliert\\_id\\_197200504.html](https://www.focus.de/politik/deutschland/zwei-merz-saetze-zeigen-wie-der-cdu-chef-die-nerven-verliert_id_197200504.html) Ceterum: *Acerarius* dicit se esse physiognomistam, in hoc casu cum eo maxime consentio. Facies istius adulatoris, istius viri animi obnoxissimi optime naturam eius demonstrat: <https://www.nzz.ch/meinung/afd-der-chef-des-verfassungsschutzes-faellt-aus-der-rolle-ld.1743669> **Vale, N.**

d.24.m. Iun. a.2023 h.19:35

**Nicolaus Naevio s.**

PSEUDO-OPPOSITIO NEC NON PSEUDO-PROTECTOR CONSTITUTIONIS IPSI FINES SUOS PATEFACIUNT: OPTIME !!! **Vale semper, NIC.**

d.25. m.Iun. a.2023 h.15:06

<https://vermietertagebuch.com/video-eins-1/> Video 1: Meine Herkunft

**Nicolaus Naevio s.**

*Alexander Asper* partus est a matre pauperrimâ - nunc dives est – sophos! *Alexander* est magnus ascensor: PER ASPERA AD ASTRA ! **Vale, NIC.**

d.25. m.Iun. a.2023 h.15:22

**Nicolaus Naevio s.**

Cursus honorum universitarius non iam est exoptabilis nisi *genderistis* et *climatomanicis*. Germania, ut ita dicam, *desertificatur*... **NIC.**

d.25. m.Iun. a.2023 h.15:35

**Naevius Nicolao s.**

Hoc mihi sane, ne dicam nimis, generale esse videtur, sed clarum est remunerationem publicam (imprimis in universitate) bonam non iam esse. Sed prima causa est inflatio horribilis effecta a politicâ stultissimâ (*Massenimmigration, EURO-Rettung, Energiewende, Corona, Ukraine, EZB: Geldmenge wurde massiv erhöht etc.*) **Vale, N.**

d.25.m.Iun. a.2023 h.16:15

**Nicolaus Naevio s.**

Modo non iudicavi ratione *punctillismi*, sed *xylographiae* (ut utar metaphorâ artis figurativae). Iuvat fortasse audire commentarium *Reitschusterianum*, quae spectat ad aenigmata Russiae recentissima...

d.26. m.Iun. a.2023 h.22:49

[https://www.t-online.de/nachrichten/deutschland/parteien/id\\_100198282/nach-afd-wahlsieg-in-sonneberg-merz-will-gruene-staerker-ins-visier-nehmen.html](https://www.t-online.de/nachrichten/deutschland/parteien/id_100198282/nach-afd-wahlsieg-in-sonneberg-merz-will-gruene-staerker-ins-visier-nehmen.html) - "Deswegen werden für uns auf absehbare Zeit auch die Grünen die Hauptgegner sein in dieser Bundesregierung." Als weiteres Konfliktfeld mit den Grünen nannte Merz eine "bevormundende, moralisierende Außenpolitik". Die Union wolle "noch viel deutlicher die Alternativen herausarbeiten, die es zu dieser Bundesregierung gibt",

**Nicolaus Naevio s.**

DELIRAT ISTE MELANOPETRAEUS !!! Electores copiato programmati praeferunt originale. Vale semper NIC.

d.26. m.Iun. a.2023 h.23:02

**Naevius Nicolao s.**

Recte, electores faciliter perspicient eum studere imitari *Alternativos*, catervam eius prasinatam "*meliores Alternativos*" facere. Naufragium maximum faciet. **Vale, N.**

d.26. m.Iun. a.2023 h.23:33

**Nicolaus Naevio s.**

Omnia habent tempus suum: *Democrazia Cristiana* et Unio Christiano-Democratica (CDU) et et Unio Christiano-Socialis (CSU) necnon *Margus Södlöf*. ***Est modus in rebus, sunt certi denique fines*** (HORATIUS). **Vale semper, NIC.**

d.27. m.Iun. a.2023 h.09:03

**Naevius Nicolao s.**

Nunc *Martius Melanopetraeus* ab isto **Roettgenio** vituperatur. *Martius* est caecus, sed iste *Roettgenius* est caecissimus.

d.27. m.Iun. a.2023 h.10:10

**Nicolaus Naevio s.**

*Röttgenius* est i.q. sermone theodisco remissiore dicitur "*lagoena*". Recordarisne et *Merzium* et *Röttgenium\_a Merkelia* humiliatos esse? Novistine illud colloquium *Oscarii Lafontaine* cum *Roettgenio* de bello Ucrainiensi factum? **Vale, NIC.**

d.27. m.Iun. a.2023 h.10:29

**Naevius Nicolao s.**

Admiror tuam Latinitatem et scientiam tuam etymologicam. Recordor *excetram Uckermarkianam* id fecisse, sed adhuc ignoro colloquium illud. Quid dixit iste *Roettgenius* de bello? "*Ceterum censeo Russam esse delendam*"? [haec etiam dixit iste *Kiesewetter* horribilis]. **Vale, N.**

d.28. m.Iun. a.2023 h.14:08

**Nicolaus Naevio s.**

*Orbanus* est politicus Europae omnium prudentissimus et fortissimus. - Ut verum confitear: eum admiror, et pro certo habeo, si mundus noster adhuc possit servari, servatum iri a talibus viris, qualis sit *Victor Orbanus*. *Ronzheimer* est cinaedulus stultissimus atque mendacissimus per *Selenskii* intestinum rectum repens. Audivistine colloquium inter *Lukaschenkam* et diurnarium Britannicum (BBC) factum? Prius semper credideram mendacia, quae de praeside Albae Russiae a diurnariis narrabantur, credideram eum esse monstrum horribiliter scelestum. Hodie admiror eius responsa sincerissima et verissima.

d.28. m.Iun. a.2023 h.16:27

**Naevius Nicolao s.**

De *Orbano* tecum consentio, in mediis nostris maxime diffamatur; illud colloquium nondum audivi. *PS habe gerade saublöde Probleme mit meinen E-Mails; ich muss jetzt basteln...*

d.28.m.Iun. a.2023 h.17:25

**Naevius Nicolao s.**

Accipisne hoc nuntium? TEST \_ TEST \_ TEST Gratias tibi ago! VN

d.28.m.Iun. a.2023 h.23:06

**Naevius Nicolao s.**

Gratias magnas tibi ago. Certe, haec omnia a te bene descripta scio. Uxor etiam adhuc opinatur inoculationem coronariam esse bonam, esse donum scientiae; etiam putat multos homines vaccinatione servatos esse. De illo *Bhakdio* a nobis dilecto solum scit eum esse „*antisemitam*“; verba docta eius numquam audivit. Quamobrem tempore coronario quasi semper de eis rebus rixabamur. Quid dicam, quid concludam?

*Primo*, res publica nostra, societas nostra est divisa in duas partes. Habemus *schisma sociale et politicum*.

*Secundo*, apparet eam rixam de factis et opinionibus medicis biologisque habere connotationem summam politicam. Cur ille magister putat videre cohaerentiam inter vaccinationem et democratiam? Cur putat „nos“ eam accepisse (sic!) ab Americanis? Facta historica sane simplicia sunt: Germania ab Americanis victa est. Dicere audeo USA non bello secundo mundano intervenisse „*Germanorum liberandorum*“ causâ, sed – ut nostro tempore clarissime observari potest – geostrategicorum finium in Europa impetrandorum causae.

Quamobrem puto USA Germanis – *cum grano salis* – nihil dedisse, sed studuisse formare *Germaniam postbellicam* secundum ideas et fines oeconomicos catervae potentium Americanorum. Procul dubio in Germania illo tempore res publica democratica nova condita est, sed non obliviscamur Germanos iam antea habuisse democratiam: illam rem publicam fragilissimam Weimarianam fere XXV annos ante finem belli mundani secundi conditam. Etsi Italia et Germania „*nationes serae*“ (*verspätete Nationen*) habentur, habuerunt radices democraticas proprias. Primae radices ortae sunt in XIX saeculo, solum commemorare volo illum festum nôtum („*Hambacher Fest*“).

Cottidie videmus iura democratica laedi: imprimis politicâ cives de consiliis acerrimis coronariis dubitantes opprimente; videmus ea laedi diffamatione politicâ iuridicâque *Alternativorum*; videmus ea laedi a potentibus *de iure* et *de facto* ius sententiae dicendae coartantibus; videmus ea laedi *expropriatione Habbecianâ*.

**Vale semper,**

**Naevius Sartorius**



## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandataelae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLITUDO	PRETIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE –Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	<b>MEMENTO MORI</b>	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	<b>MEMENTO MORI –</b>  Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	<b>DE CRAMBAMBULO</b>	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	<b>DE DINOSAURIS</b>	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	<b>SUDATORIUM VENERIS</b>	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	<b>PERICULUM FRANCISCI</b>	Diogenes Anaedouus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	<b>NUPTIAE ABDERITANAE</b>	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	<b>TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN</b>	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050 5A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060 5A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070 5A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	0030 6A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040 6A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	0050	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 –	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

	<b>6A</b>		<b>Libri audibiles</b>						
28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	<b>ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS</b>	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	0020 7A	978-3- 938905-28- 9	<b>OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA</b>	Livius	_____	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	<b>FABELLAE GRIMMIANAE II</b>	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
DUCENTESIMAM UNDEOCTOGESIMAM**



**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE**

**PERFECIT**

**Die Veneris, 30. m.lun. a.MMXIII**



**Dr. Nicolaus Groß  
LEO LATINUS  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**